



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

Liber XCVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER XCVI.

CLEMENS VI. TUM INNOCENTIUS VI,
DEIN URBANUS V SUMMI
PONTIFICES.

CAROLUS IV OCCIDENTIS, JOANNES
PALÆOLOGUS, JOANNES, AC MAT-
THÆUS CANTACUZENI ORIENTIS
IMPERATORES.

§. I.

*Palamitarum concilium Constantino-
politianum.*

Imperator Joannes Cantacuzenus per Sæcul. XIV.
quadriennium promittebat convoca- A.C. 1351.
tionem concilii generalis ad sedandas
Eccle-

Sæcul. XIV.

A. C. 1351.

*Niceph.**Greg. l. 18.**c. 3.**Cantacuz.**l. 4. c. 23.**Greg. c. 4.*

c. 5.

Ecclesiæ turbas præsertim in Græcia per Gregorium Palamantem excitatas. At, quia Constantinopolitano Imperio sola restabat Thracia, hujus tantum provinciæ Episcopos, ac ne illos quidem omnes accersit, sed studentes Palamanti, ex maxima parte agrestes & indoctos Monachos. Nicephorus Gregoras Imperatorem a proposito congregandi concilii dimovere frustra conatus, cum pro tuenda religione se cuius periculo exponere statuisset, monasticam vestem induit, ut se de aula decedere monstraret. Postquam venerat concilii dies (quæ fuit vigesima septima Maji anno 1351) bene mane multi catholici Gregoram adibant: plerique horum a longo tempore vitam ducebant monasticam: quidam senio confecti erant: cuncti flagrabant studio propugnandæ veritatis.

Eminebant inter eos Metropolita Ephesus amplius octoginta annos natus, sed adhuc vegetus corpore animoque; & Archiepiscopus Ganensis venerabilis pariter senex, at pridem de sede depulsus sua. Episcopus Tyrius tenebat manu decreta contra Palamantis errorem quondam a Patriarcha Antiocheno facta, cujus mentem viva voce exponendam susceperat. Aderant Gregoræ sectatores, horumque discipuli, & alii plures, quos nunquam viderat. Numerum augebant ii, qui

qui ad palatium euntibus se adjuge-
bant.

Sæcul. XIV.

A.C. 1351.

6. 6.

Hoc dum intrant sub octavam ho-
ram matutinam, accurrunt cum fascibus
virgarum ac securibus lictores; in vesti-
bulo illos a progressu arcent; Imperato-
rem esse impeditum asserunt. Nempe
sedebat ad mensam cum Palamitis, quos
ad lautum adhibebat convivium. Meri-
dies erat, cum Gregoras & comites ejus
admissi sunt in exedram Alexinam, u-
bi jam confederant Palamitæ; ac Ev-
angelium in medio positum fuerat. Quod
veneratus Imperator sedem capiebat,
& capere jubebat catholicos: tum habe-
bat sermonem; cui juramenta immi-
scens, sibi, suisque liberis male precaba-
tur, uni si parti magis quam alteri fave-
ret. Declamabat acriter in Barlaamum,
Acyndinum, cæterosque Palamantis ad-
versarios: ac severiorem, quam hacte-
nus fuisset, se fore minitans, vel eis in
Barlaami damnatione acquiescendum,
vel una cum ipso condemnandos esse
contendebat.

Deinde Gregoras conversus ad Impe-
ratorem multa faciebat verba, dicebat-
que inter alia: Palamas assidue nomen
Barlaami adhibet, quasi hic esset causa
erroris, quem ille defendit; eoque artifi-
cio, ut simplicibus imponat, utitur, gua-
rus Barlaamum ob Latinorum religio-
nis

Hist. Eccles. Tom. XXIV.

F nem

Sæcul. XIV. nem in odium Græcorum omnium in-
 A. C. 1351. currisse. Verum Palamas hoc errore ca-

supra.

p. 589. n. 29.

n. 31.

ptus, antequam Barlaamus Constantino-
 polim veniret, coram me multisque aliis
 affirmavit, divinam naturam per oculos
 corporis a se spectari: & idem asseruit
 Magister ejus Gregorius Drimys. Am-
 bobus suam insulstatem ac inscitiam per
 sacras litteras, prout per tempus licuit,
 demonstrando pudorem incussi. Cum
 exinde Barlaamus a patria sua Calabria,
 ut inter Græcos ageret, advenisset, co-
 gnitus & ob eruditionem suam acceptus
 magnis Principibus fuit præsertim tibi.
 Haud multo post per publicum rumorem
 late jam sparsum comperi, Barlaamum
 inventis Thessalonicæ quibusdam Pala-
 mantis sermonibus improbasse, quod is
 aperte scripsisset naturam divinam per
 corporis oculos a se conspici. His per-
 pensis quomodo potest uti nomine Bar-
 laami, qui, cum viveret, ejus amicus e-
 rat, & post mortem factus est inimicus:
 ego autem huic extero vivo & mortuo
 nunquam non palam sum adversatus.
 Cæterum Palamantis absolvendi ratio
 non est, quod accusatus a Latino fuerit.
 Non ideo, quod Latini sint, alieni ab eis
 sumus, sed ob certas objectationes; qui-
 bus remotis cæterarum rerum omnium
 communionem cum illis habere haud re-
 cufaremus.

Tum

Tum Gregoras insistebat Palamantis damnationi per Patriarcham Joannem factæ. Hortabatur Imperatorem, ut Ecclesiæ pacem redderet ad ignem condemnando Palamantis librum obscurissimum pro stylo hæreticorum errores suos permagna cura tegentium: cum e contrario veritas esset simplex ac perceptu facilis. Longam orationem suam finiebat spondendo fore, ut explicaret se fusius, cum plus libertatis haberet. Palamantis, addebat, est optio vel amplexandi nobiscum simplicitatem fidei, vel pacate ferendi nostram sui fugam. Nec enim Ecclesiæ mos est vel iis, qui, ut ipse, nolunt veram religionem sequi, vel illis, qui eam nobiscum colunt, ullam inferre violentiam: is agendi modus foret tyrannicus.

Imperator hoc sermone graviter offensus, tria Gregoræ exprobrabat; quod quæstionem averteret, callide vitans mentionem de lumine Thaboris; quod materias theologicas tractari nollet; denique, quod pervicacia inflexibili obfirmasset animum. Gregoras potissimum objectationi de lumine Thaboris, quæ reapse disputationis caput erat, se obvertens, Hæc quæstio, inquiebat, cui Palamas insistit, nunquam agitari debuit; nec is affert ullam Patrum auctoritatem, qua suam opinionem fulciat. A lon-

Sæcul. XIV.

A. C. 1351.

n. 35 / *supra*.

n. 29. 40.

n. 52.

c. 2.

c. 3.

Sæcul. XIV. go tempore versatur in errore Iconocla-
A.C. 1351. starum perhibentium, transformati Do-
 mini Nostri carnem fuisse mutatam in

n. 4.

lumen corruptionis expers, & in divinitatem increatam. Sed quid est hoc lumen? Estne substantia, & res per se ipsam subsistens? vel qualitas incorporea, rei que alteri adhærens? Si est substantia, num Angelica est, aut Divina? Si Divina est, quomodo mutata fuit in divinitatem?

Gregoras, vel potius Author, quem laudat, excurrit in hanc, quam audivimus, ratiocinationem. At neuter videtur satis distinxisse substantiam corpoream a spirituali, quarum altera in alteram mutari nunquam potest. Palamantem Gregoras multo brevius refutasset dicendo, lumen Thaboris non fuisse minus corporeum & creatum, quam lumen solis; atque hoc in miraculo solum lucis producendæ modum excessisse naturæ vim & ordinem. Nihil ad ista solidum reponere Palamas potuisset.

L. 20. c. 1.

Alterum ad punctum Gregoras respondit in hanc sententiam: Secundum canones debemus de rebus divinis timide loqui: neque cuivis licet de iis disserere: atque certa est inhibitio, ne patrum nostrorum leges examinemus curiosius, ac limites ab illis in Ecclesia positos concutiamus. Hanc in rem multa Patrum
 testimo-

testimonia attulit: ac perrecturus erat: cum Imperator eum interpellavit, qui postquam proluserat aliquamdiu, hanc materiam Palamanti reliquit pertractandam. Is, quid opponeret, ignarus rediit ad punctum, quod libentissime agitabat. Quando in Patribus lego, agebat, lumen Salvatoris fuisse increatum, aliamque divinitatem, & operationem aliam a natura Dei; nequeo inducere animum, ut dicam operationem & naturam Dei esse rem eandem: ac pro increatis habeo cuncta hujus operationis miracula, etiam Balaami asinae vocem humanae similem. Prima concilii sessio sub noctem denique finita, & proxima in diem tertiam dilatata fuit. Cum suam quisque domum se reciperet, Palamitas execrationibus onerabat populus, ac ejus adversarios laudibus cumulabat: ut refert Gregoras. Sed contra Palamantem & Cantacuzenum tam impotenti exardet animo, ut fidem magnam non faciat.

Secunda Sessio habebatur praefixa die 30 Maji. Gregoram nolentem eo trahebant sectatores sui: at cum intrassent locum, minis Imperatoris territi paulatim se submovebant. Detinere primum homines volebat Imperator; sed Palamantis suafu discedere sinebat. Abeuntes igitur sequente Gregora, Palamitae veluti victores, quod libebat, egerunt.

Secul. XIV.

A. C. 1351.

c. 2.

n. 4.

c. 3. n. 5.

c. 4. n. 4.

c. 6. 7.

Sæcul. XIV.

A. C. 1351.

Lib. 21. c. 1.

c. 3.

n. 10.

c. 4.

Sic finis impositus alteri sessioni. Tertiam octavo vel nono Junii Catholici oriebantur a sua professione fidei: tum legebant viginti puncta e libris Palamantis excerpta, ac errores hujus continentia. Coepta sunt discuti: sed postquam tria inspecta & damnata erant, interveniens nox sessioni finem attulit. In quarta & ultima continuatum fuit examen viginti punctorum: & Palamas, ut doctrinae suae auctoritatem tribueret, curavit legi aliquos Patrum locos, sed maxima ex parte corruptos; vel a vero sensu detortos. Denique Palamantis doctrina per sententiam concilii approbata, imperatum catholicis silentium, duo Episcopi Ephesinus & Ganensis exauthorati, & dignitatis suae insignibus exuti. Longa erat hæc sessio, nec nisi post accensa funalia finem habuit etsi adulto tunc Junio. Post aliquot dies Gregoras domi suae velut in carcere manere jussus.

§. II.

Concilii consecutiones.

Palamitæ composuerunt librum, quo decretum hujus concilii proponebant: sed hoc scriptum nec actis, nec judicium veterum conciliorum est simile. Est longa declaratio continens amplissimos locos communes, laudes Cantacuzeni, Pala-

Combes.
auct. noviss.
p. 135.

Palamantis, & Patriarchæ Callisti, mul-
 taque convicia in Barlaamum, Acyndi-
 num, & Gregoram; omnia stylo a mo-
 deratione alienissimo, ac verbis innume-
 ris redundante, sed sine factis speciatim
 expositis, quin etiam sine ascripta die.
 Palamas, qui hujus scripti esse author
 videtur, ibi suam opinionem de lumine
 Thaboris probare studet per plures Pa-
 trum Græcorum locos, sed a vero sensu
 deflexos: & omnes ejus ratiocinationes
 spectant ad potentiæ divinæ miracula
 cum operatione, quæ horum causa est,
 confundenda, & ad hanc operationem a
 divina natura reapse distinguendam, ve-
 luti divinæ Personæ inter se distinctæ
 sunt. Liber iste meminit de sessione
 quinta post quatuor a Gregora memora-
 tas habita: quæ sine dubio solorum Pa-
 lamitarum fuit, cæteris quasi ex Juris
 forma damnatis portam reditus ad do-
 ctrinam sanam aperire, ut ajebant, cogi-
 tantium. Hac in sessione lectis iterum
 permultis Patrum locis, cum Tabularii
 Custos jussu Imperatoris rogasset senten-
 tias, prioris sessionis judicium est con-
 firmatum. Librum in fine subsignarunt
 primum duo Imperatores Joannes Can-
 tacuzenus, & Joannes Palæologus; dein-
 de viginti quatuor Episcopi: quorum
 primores erant Callistus Patriarcha Con-
 stantinopolitanus, Philotheus Heracleen-
 sis,

sæcul. XIV.

A.C. 1351.

p. 146. D.

p. 167. A.

p. 170.

Sæcul. XIV.
A. C. 1351.
sis, Metropolita Callisti successor in patriarchatu, & Gregorius Metropolita Theffalonicensis, nempe Palamas. Cuncti titulos vanos & ambitiosos ex more temporis sibi adscribebant; ut: humilis Jacobus Chalcedonensis Metropolita venerabilissimus, ac totius Bithyniæ Exarchus.

Greg. l. 21.
c. 6. not.
p. 798.

Post duos circiter menses Palamitæ Cantacuzeno persuaferunt, ut librum quodammodo consecraret per ceremoniam novam ac extraordinariam. Die assumptæ in cœlum Virgini sacro 15 Aug. in templo S. Sophiæ hora octava post officium matutinum liber solenniter legebatur coram Patriarcha, Episcopis, Sacerdotibus, omni Clero, Magistratibus, & maxima parte populi: tum Imperator suo indutus ornatu in ara suis manibus posuit duo volumina complexa tres libros, scilicet duos contra Barlaamum & Acyndinum, atque hunc postremum, quem numerabant tertium.

§. III.

Epistola Papæ ad Patriarcham Armenicæ.

Sup. lib. 95.
p. 34.

Anno 1346 Papa Clemens ad Patriarcham Armeniæ duos Legatos miserat, Antonium Cajetæ Antistitem, ac Joannem electum Præsulem Coronensem, post-

postmodo Archiepiscopum Pisanum. An-
tonio in itinere vita functo, hic Catho-
ci seu Patriarchæ, ac Ecclesiæ Minoris
Armeniæ responsa retulit ad Papam: qui
Cardinalibus, quibusdam Episcopis, &
nonnullis Theologiæ, Jurisque Canonici
Doctoribus in consilium adhibitis, Catho-
lico scripsit in hæc verba: Cum ex his
responsionibus seu scribæ, seu interpretis
culpa non potuerimus satis intelligere,
quid multis in punctis tu ac Ecclesia tua
credatis: ex te quærenda duximus se-
quentia.

Creditisne cunctos in baptismo ca-
tholicam nactos fidem, sed postea Roma-
na ab Ecclesia deficientes, si ab hujus
fide sejuncti pertinaciter maneant, schis-
maticos esse ac hæreticos, & Papæ in-
obsequentem neminem posse salutem
consequi? Creditis S. Petrum a Christo
accepisse plenam in omnes Christianos
jurisdictionem; ex hac pependisse totam
potestatem reliquis ab Apostolis certis
in provinciis exercitam, & singulos Pa-
pas S. Petri successores huic fuisse pares
in potestate? An creditis a Papa per
eandem posse Christianos omnes proxi-
me judicari, & hoc fine constitui, qua-
les velit, Judices ecclesiasticos? Creditis
Papam judicari a Deo solo, nec ab il-
lius sententiis ad ullum Judicem ap-
pellari posse? Num creditis Episcopos,

Sæcul. XIV.
A.C. 1351.Rayn. 1351.
n. 2.

n. 3.

Sæcul. XIV. Abbates, cæterosque Clericos a Papa
A.C. 1351. posse transferri ad sedes alias, vel de gra-
 du dejici, si mereantur, ac exaugurari?
 Creditis Papam a nulla potestate profana, ne regia quidem aut imperatoria, posse institui, vel corrigi, aut amoveri; eumque solum posse canones generales condere, plenam noxarum veniam concedere, controversias in materia fidei decidere? Hæ quæstiones indicant, qualem tunc Romana curia opinionem de Summi Præfulis autoritate habuerit.

n. 6. Reliqua epistola, quæ longissima est, continet quæstiones de erroribus tum

n. II. 17. Armenorum propriis, tum communibus inter Græcos, sive populos ad Ortum habitantes, & contingentibus statum animarum post mortem hominum, Sacramenta, & speciatim Eucharistiam. Denique Papa conqueritur, quod illi non steterint promissis, Nunciorumque ac Legatorum ipsius monita & documenta spreverint. Dabat 29 Sept. 1351. Constantino quoque Armeniæ Regi scribens cupiebat eum curare, ut illa epistola æquas nancisceretur aures, ac executioni daretur. Significabat simul, ex ærario Apostolico se ipsi mittere sexies mille florenos in Cypro accipiendos.

n. 18.

§. IV.

*Martyres Damasceni.*Sæcul. XIV.
A.C. 1357.*M. Vill. l. 2.
c. 53.*

Damasci Prætor Sultani Ægyptii vices gerens, ut Christianos argento emungeret, duo urbis loca incendi curaverat: extinctisque ignibus, Christianos id malum de industria dedisse perhibens, ex magno eorum numero ditissimos quæstioni subjecit. Aliqui tormentorum violentiæ ferendæ impares ajebant se rem fecisse, ut Saracenos pellerent: illi, qui ab hoc periculo eximere se volebant, Prætori vim pecuniæ donabant; erantque tam multi, ut is magnas inde opes acquireret. Reliquis optionem detulit vel abnegandi fidem Christianam, vel in cruce moriendi. Multis ab illa descendentibus, constantes viginti duos crucibus affixos camelis vehi per urbem voluit: quo in supplicio triduum vivebant. Religionis desertori filio monstrabatur suus in cruce parens, aut patri filius; transfugæ inter lacrymas orabant Martyres, ut Mahometis sectam profiterendo crudelem hanc mortem subterfugerent. At isti perstantes in sententia abdicabant sacrilegos; neque propinquos amplius agnoscebant suos. Vultis, inqueiebant, nobis adimere bona æternæ vitæ, cui vos nuncium remisistis igna-

Sæcul. XIV. vo brevis cruciatus metu: sed nobis vo-
A.C. 1351. lupe ac singularis gratia est posse Domi-
 num Nostrum imitari. Sic obierunt
 fortiter in oculis Musulmannorum. Sul-
 tanus vero re comperta accitum protinus
 Prætozem per medium corpus discindi
 jussit.

§. V.

Papæ cum Arragonum Rege pactio.

Rayn. 1350.
n. 45.
 Petrus Arragoniæ Rex minime place-
 bat Papæ Clementi: ut liquet ex e-
 pistola, quam hic illi anno priore scripse-
 rat in hunc modum. Tuis in terris op-
 primuntur Ecclesiæ atque Clerus; &
 violatur libertas ecclesiastica. Siquis
 fert rescripta Summæ Sedis ad Judices
 ecclesiasticos contra laicos tibi subjectos,
 Ministri tui non eum illis uti, nec hos Ju-
 dices illa exequi sinunt. Haud ita pri-
 dem Bernardus Alayanus Canonicus
 Valentinus, & noster Nuncius anathema
 pronunciavit aliasque sententias in lai-
 cos tibi subditos, qui contumaciter recu-
 sabant ei solvere, quæ debebant ærario
 Apostolico. Tum vocatum ad te, mul-
 tisque conviciis tuo indignis gradu obru-
 tum per minas terribiles voluisti compel-
 lere, ut sententias revocaret suas: &
 constanter renuentem districto gladio pe-
 titurus eras. Hoc iræ impetu per a-
 stantes

stantes cohibito, addictum obscuro car-
ceri non hinc emisisti, nisi ut eum haberes
crudelius. Summam in turrim ductum
pedibus tenentes tui satellites extrinse-
cus suspendebant deorsum verso capite,
minabanturque præcipitem actum iri
spectante ad imam turrem ipsius patre.
Ita cogebatur suas recantare sententias.
Denique sprevisi censuras, in quas inci-
deras non solvendo censum, quem nobis
ob Sardiniam & Corsicam debes. Da-
bat 26 Nov. 1350.

Has querelas tollendi gratia quidam
Cardinales, & aliquot Consilarii Aulæ
Arragoniæ conclarunt pactionem, cujus
summa hæc erat. Rex promittet, se
suis in terris nihil obstaculi positurum li-
bero exercitio jurisdictionis ecclesiasticæ,
aut functionibus colligentium pensiones,
cæterorumque Papæ ministrorum. Rex
declarat iis, quæ Perpiniani contra Ber-
trandum Alayanum Papæ Collectorem
facta essent, non intercurrisse contem-
ptum Summi Antistitis: flagitat sui ab-
solutioem: & quod ad absolvendos Præ-
tores regios spectaret, Papa statueret suo
pro arbitrio. Hic permittet, ut Rex pro
regni necessitatibus subsidium volunta-
rium a Præsulibus ac reliquo Clero po-
stulet. Rex stabit pactione per Episco-
pum Tusculanum confecta de reliquiis
census ob Sardiniam debiti. Rex Papæ
suppli-

Sæcul. XIV.
A. C. 1351.

Rayn. 1351.
n. 26.

Sæcul. XIV.
A C. 1351.

supplicat, ut ad Ecclesiarum emolumentum, & animarum salutem Præsules in Romana versantes curia remittat, propriisque in sedibus hæere cogat. Precatur etiam, ut sacras dignitates ac beneficia indigenis conferat. Rex Procuratores suos nominabit ad exequendam hanc pactionem: quæ facta est Gerundæ 24 Sept. 1351.

Ind. Arrag.
p. 202.

Idem Arragonum Rex Petrus Officius Perpiniani commorans 16 Dec. 1350 edicto sanxit, ne deinceps in actis publicis anni numerarentur secundum Hispanicam notam temporis (æram vocant) inde a regimine Gothorum usitatam, & ad imperium Julii Cæsaris triginta octo annis Virgineo partu antiquius redeuntem, ita, ut annus 1350 in Hispania diceretur 1388: sed Christianam epocham introduxit; & cujuslibet anni principium a Natali Domini Nostri duci voluit.

§. VI.

Inquisitio in Francia.

Sup. Lib. 84.
§. 15.

Per centum fere annos Inquisitio vige-
bat in Francia, ubi eam Papa Alexander IV an. 1255 S. Ludovici rogatu instituerat. Dein vero Papa Nicolaus IV in gratiam Caroli Siciliae Regis ab illa excepit Andegaviam & Cenomaniam
huic

huic Principi obnoxias. Posteaquam is ac ejus posterii Siciliae hæredes hos duos comitatus coronæ rursus Gallicæ conjunctos possidere desierant, Inquisitores e Prædicatorum Ordine dubitant, an his in provinciis functiones suas porro deberent omittere; consulebantque Papam Clementem: qui reposuit: Res plena periculi foret, si hæretici haberent per fugium. Itaque Guilielmo cognomento Equiti Dominicano Theologiæ Doctore, cæterisque per Galliam Inquisitoribus ex eodem Ordine plenam tribuimus potestatem exercendi libere sua munia in Andegavia & Cenomania, sicut in Turonia, Pictoniaque. Scripsit 26 Sept. 1351.

æcul. XIV.
A.C. 1351.

Rayn. 1351.
n. 37.

§. VII.

Concilium Bliterense.

Hoc anno Bliteris concilium provinciale habuit Petrus Jugius Archiepiscopus Narbonensis, nobilis Lemovix, & Papæ Clementis e sorore nepos. Postquam Monachum Benedictinum, ac Priorem Fani S. Liberatæ in dioecesi Aginiana egerat; ab avunculo suo paulo ante ad summam evedto sedem factus Abbas Angeriensis & Grassanus, Aureliæ Juri Canonico dedit operam: acceptaque ibi doctrinæ laurea, anno 1344 Avenionem

Baluz. vit.
to. 1. p. 854.
1130.

Sæcul. XIV. nionem accitus a Papa per diploma 2
 A.C. 1351 Martii an. 1345 datum Cæsaraugustanus
 Archiepiscopus decretus, ac 10 Jan. 1347
 tom. 2. p. 697. Narbonem translatus fuit.

to. II. Conc.
 p. 1918.

Baluz. conc.
 Narb. p. 91.

Igitur ad concilium vocavit suos Suf-
 fraganeos : & primum quidem ea de re
 monuit Hugonem electum Episcopum
 Bliterensem per epistolam 29 Sept. 1351
 scriptam : in qua dicit : Bliteris in ca-
 thedrali templo tuo 7 Novembris pro-
 vinciale concilium acturi mandamus tibi,
 ut eo accersas Abbates, aliosque Præsi-
 des cum Clericis secularibus ac religiosis,
 qui ex more adesse debent : ac vetamus,
 ne plures equos, quam sex stratos, duos-
 que sarcinarios pro te ac tuis adducas.
 Id punctum fuit sane inutile pro Præfule,
 cujus in urbe futurum erat concilium : at
 epistola circummittebatur ad reliquos
 provinciæ Episcopos, nempe ad Arnal-
 dum Magalonæ, Joannem Nemosi, Gui-
 lielmum II Alestæ, Stephanum Helenæ,
 Eliam Vectiæ, Petrum Agathæ, Girber-
 tum Carcassonis Antistites. Ab initio
 concilii orta est lis. Girbertus volebat
 sedere primus ad sinistram Archiepiscopi:
 cæteri contendebant ex Jure communi
 tenendum esse ordinem consecrationis.
 Tandem Archiepiscopus statuit, ut Gir-
 bertus sedem caperet post Arnaldum Ma-
 galonensem utpote prius inauguratum;
 salva

salva tamen illi esset facultas intra annum probandi suam prærogativam.

Sæcul. XIV.

A.C. 1351.

Concilium istud condidit duodecim canones, quorum priores octo repetuntur e concilio Avenione abhinc annos viginti quinque habito. Deinde prohibetur, ne vis inferatur latoribus litterarum, aliorumve actorum ad exercendam jurisdictionem ecclesiasticam pertinentium. Decernitur, ut Parochi adsint testamentis, vel saltem eam cognoscant, legata pia exequendi gratia. Beneficarii non nisi decente in amictu templum ingrediantur, alioquin pecunia mulctandi. Arcani Judices poenitentium nomina scribant, ut constet, an præcepto confessionis annuæ satisfecerint.

Sup. l. 93.

§. 23.

Martens

Theaur.

to 4. p. 329.

can. 9.

Can. 10.

c. 11.

c. 12.

§. VIII.

Papa ægrotans.

Exeunte hoc anno 1351 Papa Clemens gravi correptus morbo esse in vitæ periculo videbatur. Tum de consilio Cardinalium temperavit severitatem sanctionis de conclavi per Gregorium X factæ in concilio Lugdunensi. Quocirca 10 Decembris novum decretum edidit hunc in modum: Cardinales in conclavi duos singuli famulos Clericos, laicosve, quos volent, & quotidie ad prandium atque coenam lancem carnis vel piscis cum jus-

Rayn. n. 38.

Bal. not.

p. 727.

Vita to. 1.

p. 260.

Sup. lib. 86.

§. 45.

Rayn. n. 39.

Histor. Eccles. Tom. XXIV.

G culo

Sæcul. XIV. culo, herbas crudas sive acetaria, caseum,
A. C. 1351. fructus, aut bellaria habere, sed tantum
 ex suis quisque catinis comedere, ac de-
 centiæ causa suos inter lectos suspende-
 re siparia poterunt.

Postridie Papa edictum alterum pro-
 posuit, ubi ait: Si nobis, cum essemus in
 minore dignitate positi, aut ex quo se-
 dem tenuimus Apostolicam, in disputan-
 do, docendo, concionando, vel alio mo-
 do quidquam excidit fidei catholicæ, aut
 bonis moribus contrarium, revocamus
 illud, ac summæ sedi corrigendum sub-
 jicimus. Nota hunc Papam loqui etiam
 de dictis a se ad populum tempore sui
 pontificatus. Convaluit hoc ex morbo,
 & vitam per anni spatium produxit.

§. IX.

Epistola cacodæmonis.

Vitæ PP.
 to. I. p. 252.
M. Vill. l. 2.
 c. 48.
Alb. Argent.
 p. 156.

Plurium sententiarum fulmina emiserat
 in Joannem Pro-Comitem Archie-
 piscopum Mediolanensem, qui occupata
 perperam Bononia se in Lombardia red-
 diderat potentissimum. Quo tempore
 cum aliquando Papa senatum haberet
 sacrum, Cardinalium quidam dextere si-
 nebat cadere epistolam: quam subleva-
 tam de pulvere, & ad se delatam Cle-
 mens in senatu legi voluit. Erat stylo
 sublimi scripta nomine principis tenebra-

LIII

rum ad Papam Clementem suum vica- Sæcul. XIV.
rium, & ad suos consiliarios Cardinales. A.C. 1251.

Percensebat ille communia & propria
cujusque peccata: per quæ sibi eos ma-
gnopere commendari aiebat, hortans, ut
ita pergerent, largissimam regni sui gra-
tiam meritori spernendo & vituperando
vitam pauperem ac doctrinam Apostolo-
rum, quam instar ipsius odissent, atque
impugnarent. At conquerebatur, quod
sua documenta non conformarent ad
opera sua; volebatque illa corrigi, ut a-
micos ad altiorem honoris gradum in re-
gno suo eveheret. Quia hæc epistola
Præfulum vitia insigniter notabat, pluri-
ma ejus exemplaria spargebantur. Di-
cebat etiam: Superbia mater vestra vos
salutat cum vestris sororibus Avaritia,
Impudicitia, & reliquis, quæ gloriantur
ope ac opera vestra res suas belle pro-
cedere. Dabatur in centro Inferorum
præsente turba Dæmonum. Hæc epi-
stola paulo prius exiit, quam Papa æ-
grotaret, qui eam aspernabatur cum Car-
dinalibus.

Multi eandem tribuebant Archiepis-
copo Mediolanensi, ut qui primorum Ec-
clesiæ Præfulum vitia pervulgando sua
facere tolerabiliora, & irrogatas sibi cen-
suras ulcisci vellet. Et tamen hic An- M. Vill. l. 2.
tistes per conciliatos sibi Cardinales Pa- c. 66.
pæ gratiam tam prospere captavit, ut L. 3. c. 4.

Sæcul. XIV. ab eo in possessione Mediolani ac Bono-
A. C. 1352. niæ ad decem annos tenenda confirma-
 retur, ea lege, ut duodecies mille florenos aureos quotannis penderet. Diploma scriptum est 28 Apr. an. 1352: dominica die 6 Maji sublatae sunt censuræ: atque Archiepiscopo pax ecclesiastica solenniter reddita fuit. Ita per misericordiam & pecuniam, inquit Matthæus Villanus, cuncta negotia magna cum pastoribus Ecclesiæ conficiuntur.

Rayn. 1352.
n. 8.

§. X.

Hæretici in Delphinatu.

Papa Clemens edoctus in diocesi ac provincia Ebredunensi ingentem hæreticorum multitudinem dari, qui propinquarum regionum Catholicis periculum afferrent, ad Episcopos, Abbates, omnemque Clerum, ad Optimates, Judices, ac societates dedit epistolam hujusmodi: Guilielmum electum Archiepiscopum Ebredunensem, ac Petrum de Montibus ex Ordine Minorum Inquisitorem loci, vicinarumque provinciarum jussimus eas purgare ab hæresi, qua sunt infectæ. Oramus igitur, & volumus, ut illis consilia, adjumenta, duces, ac præsidia militaria, etiam vestris sumptibus, si opus sit, subministretis. Dabat 7 Martii an. 1352. Hac super re scripsit etiam

Vading.
a. 15.

Rayn. n. 20.

etiam Delphino Carolo Gallorum Regis secul. XIV.
 filio natu majori, Ludovico Regi Neapo- A.C. 1352.
 lis, ejusque conjugi Reginae Joannae.
 Non video, quos dicam hos Delphinatus
 hæreticos, nisi reliquias Valdensium.

Eodem tempore comparuit in Cata- Emeric.
 lonia quidam Nicolaus natione Calaber, direct. p. 266.
 sed qui diu egerat in Hispania. Dicebat
 certum Hispanum Consalvum nomine
 Conchana ex dioecesi esse filium Dei ex
 omni æternitate in cœlo genitum, et si
 habere in terra patrem matremque visus
 esset. Hunc Consalvum non moriturum:
 Spiritum Sanctum humanam aliquando
 naturam juncturum sibi: & tunc fore,
 ut Consalvus orbem univèrsam adducat
 ad Christum. Extremi judicii die oratu-
 rum pro cunctis in noxa letali mortuis
 & damnatis, salutemque iis impetratu-
 rum. Denique Nicolaus Calaber tres in
 homine partes distinguebat, animam a
 Deo Patre factam, corpus opus Filii, spi-
 ritum creatum a Spiritu Sancto.

§. XI.

*Beneficia ecclesiastica in Anglia
 occupantur.*

Edwardus III Anglorum Rex videbat
 multa regni sui beneficia possideri a
 Cardinalibus, Romanæ curiæ Ministris,
 pluribusque aliis semper absentibus. Er-

Sæcul. XIV.

A. C. 1352.

Rayn. 1352.

n. 17.

go in possessionem illorum omnium Ministros misit suos, nec fructus eorumdem a beneficiariis aut horum procuratoribus percipi sinebat. Quo comperto Papa Regem sub anathematis poena, si non pareret, monuit, ut intra quatuor menses manus injectionem solveret: eo quod his beneficiariis præsentiae gratia fuisset facta, sive propter servitium Ecclesiae præstitum, sive ob litterarum studia, sive alia de causa. Præterea reddi fructus perceptos, & illos, qui percipi potuissent, damnaque refarciri iussit. Postquam Rex per Oratores agnita culpa sua se illi obtemperaturum sponderat, Papa diem usque ad primum senatum sacrum post anniversariam Ascendentis in cœlum Christi memoriam habendum protulit. Ita sonant litteræ, quas dabat 15 Oct. 1352. Sed ante hoc tempus obiit.

§. XII.

Poloniæ Rex absolvitur.

Duglos. l. 9.

p. 1088. D.

Rayn. 1349.

n. 25.

Abhinc duos circiter annos Casimirus ob plura crimina censuris ecclesiasticis affectus fuerat. Post relatas victorias, ademptasque vicinis terras libidini deditus contempta Regina Adelaide conjugæ sua quanquam formosa & prudente, concubinarum greges variis in locis aluit. Cum Episcopi ac Proceres regni saluta-

salutaria ei monita sæpius, at frustra de- sæcul.XIV.
A.C.1352.
dissent, tandem ad Papam Clementem _____
conversi Præfules jubebantur admonere
Regem, ut abdicaret omnes concubinas
suas; & legitima conjuge sua contentus
esset. Indignatus ille subjectos Episco-
po Cracoviensi pagos vectigalibus operi-
busque tributariis premi voluit: qui of-
fensus Palatinum primo Sandomirien-
sem hujus violentiæ administrum, tum
Regem ipsum censuris obligavit.

Has ei coram indicatum missus Mar-
tinus Bariezca Ecclesiæ Cracoviensis Vi-
carius mandatum fortiter confecit. Ex-
canduit Casimirus: sed in Martinum
contumelias jacere satis habuit; nec eum
tetigit. Deinde suis ab Aulicis instiga-
tus die S. Luciae 13 Dec. 1349 compre-
hensum nocte sequente per quendam do-
mesticum in Vistulam immergi jussit.
Divinæ hujus sceleris vindictæ adscripta p.1090. C.
sunt mala exin Poloniam incessantia,
cui Lithuani foedam intulerunt vastita-
tem.

Commotus ea re Casimirus anno 1352 p.1095. A.
se crimen suum agnoscere, atque ad sub-
eundam poenam paratum esse declaravit
per Albertum Dobrinensem Cancellarium
Avenionem missum, jussumque simul de
aliis Poloniae negotiis agere. Papa vi-
ro benigne habito, consensit in absolu-
tionem Regis cum moderatione poenæ.

Sæcul. XIV.
A. C. 1532.

Præcipuæ conditiones erant, ut Rex omnibus Cracoviæ pagis libertatem redderet, ac solide construenda curaret quinque templa, inter alia Vislicianum, quod singulari pietate amaret. Clemens concessit etiam Casimiro in quadriennium decimam reddituum totius Cleri Polonici, propulsandis Lithuanorum incurfibus adhibendam. Denique permisit, ut Ecclesia Vratislaviana in Silesia Metropolitæ Gnesnana maneret obnoxia: etsi Rex Bohemiæ Carolus illam novo Archiepiscopo Pragensi subjectam vellet. Rex Casimirus impositam sibi pœnam fideliter solvit.

§. XIII.

Mors Clementis VI.

*Vitæ to. I.
Papæb. con-
nat. p. 86.
M. Vill. l. 3.
c. 43.*

Papa Clemens VI hoc anno 1352, die 6 Decembris naturæ satisfecit; postquam supremam sedem decem annis, ac septem mensibus tenuerat. Funeris exequiæ postera luce solemniter celebratæ sunt in cathedrali templo Avenionensi: unde corpus ejus sequente æstate translatum est Casam Dei, ubi fuerat Monachus; ac sepulchrum illius etiamnum cernitur. Fuit liberalissimus in promittendis per clausulam *Anteferri* beneficiis, quæ prima vacaverint. Volebat familiam regio ornatam luxu, mensam magnifi-

gnifice instructam, magnum comitatum Equitum, ac Nobilium scutariorum, e-
 quorumque numerum, quos sæpe ob-
 lationis gratia incendebat. Perquam
 volupe illi erat cognatis suis splendorem
 addere, magnas eis in Francia possessio-
 nes emere, sacram purpuram conferre:
 sed aliqui admodum juvenes pessimi ex-
 emplum vitam ducebant. Quosdam roga-
 tu Regis Galliarum creavit Cardinales, sed
 ex iis nonnullos ætate pariter immatu-
 ros. Ita Romanæ curiæ Patres coo-
 ptans nec doctrinæ, nec virtutis ratio-
 nem habebat. Ipse egregia valebat eru-
 ditione: sed mores exhibebat solutiores,
 & parum ecclesiasticos. Cum esset Ar-
 chiepiscopus, inter mulieres non serva-
 bat modum, illustri Juventute liberior:
 & quando fuit Papa, non temperare sibi
 hac in re, nec tegere animum sciebat
 suum. Fœminæ primariæ adibant ejus
 conclavia instar Præfulum; inter alias
 quædam Turenæ Comes, cujus in gra-
 tiam multis beneficium se præbebat.
 Egrotanti matronæ nobiles famulaban-
 tur; sicut agnatæ hominum profanorum
 curam gerunt. Hæc Clementis VI de-
 scriptio est ad verbum deprompta ex
 Matthæo Villano.

Sæcul XIV.
 A.C. 1352.

Sæcul. XIV.
A.C. 1352.

§. XIV.

Sanctio Cardinalium.

Conclave ingressi Cardinales Papæ potestatem definiens decretum condidit, *Rayn. 1352. n. 26.* cujus hæc est summa. Non faciet Cardinales, antequam eorum numerus ad sexdecim redigatur: his solum quatuor, ut ad summum viginti sint, adjunget, si Cardinales cuncti, aut minimum duæ tertiæ horum consentiant. Non exauthorabit, vel carceri addicet aliquem, nisi de communi omnium sententia; nec ulli censuram irrogabit, præterquam de consilio duarum tertiarum. In illorum bona seu viventium seu mortuorum non injiciet manum. Ecclesiæ Romanæ terras non alienabit, nec jure fiduciario conferet; nisi duæ tertiæ Cardinalium id agendum censeant. Horum collegium a Nicolao IV accepit jus percipiendi dimidiam partem cunctorum fructuum ac proventuum ex mulctis, damnationibus, & cæteris Ecclesiæ Romanæ emolumentis in qualibet provincia, in quocunque loco. Nullus Papæ cognatus vel affinis fiet Romanæ Præfectus Aulæ, aut Rector terrarum Ecclesiæ. Decimas aliave subsidia Papa nulli Principi concedet, nec ærario suo reservabit, nisi duabus tertiis Cardinalium
ita

ita placeat; quibus libertatem sentiendi Sæcul. XIV.
 permittet in consultationibus. Quivis A. C. 1352.
 hodiernorum Cardinalium jurabit, se, si
 Papa fiat, sancte observaturum memora-
 ta omnia: & qui electus fuerit, sive mo-
 do sit Cardinalis, sive alius, idem promis-
 sum faciet eodem die. Cardinales ad
 gerendum huic præscripto morem jure-
 jurando se alligarunt, pure ac simpliciter
 alii, alii restricte, si esset Juri consenta-
 neum.

§. XV.

Innocentius VI Papa.

Inclusi conclavi cum hæerent, audie- M. Vill. l. 3.
 bant Regem Franciæ Joannem prope- c. 44.
 rare Avenionem, ut haberet Papam ac- Froiss. vol. X.
 ceptum sibi: nec poterat spes eum sua c. 153.
 fallere: tot Cardinales in suo natos regno Vitæ to. I.
 & sibi addictos noverat. Itaque ho- p. 321.
 norem ac libertatem Ecclesiæ conserva-
 turi adhibebant celeritatem, ut Papam
 ex voluntate sua facerent: ac die Martis
 18 Decembris anno 1352 cooptarunt
 Stephanum Audebertum Cardinalem
 Episcopum Ostiensem: qui dici voluit
 Innocentius VI. Die dominica 23 De-
 cembris coronatus, ultimæ ejusdem men-
 sis indicem suæ dignitatis epistolam de-
 dit omnes ad Episcopos circummitten-
 dam.

Sæcul. XIV. dam. In Beiffacensi diœceseos Lemo-
A.C. 1352. vicanæ parœcia prope Pompadurum or-
Vita p. 918. tus, Tolosæ Juris Civilis Doctor, Pro-
923. fessorque, ac sub annum 1335 Judex Ma-
 jor, anno 1337 Episcopus Noviodunen-
 sis, an. 1340 Claromontanus, post bien-
 nium a Clemente VI Cardinalis de SS.
Sup. lib. 95. Joanne ac Paulo, an. 1351 Ostiensis E-
§. 12. piscopus, & Magnus expiationum Præ-
 fectus declaratus fuerat. Toti Ecclesiæ
 præfuit annos novem ac fere totidem
 menses; & habebatur vir candidus ac
 bene moratus.

§. XVI.

Alduinus Audebertus Cardinalis.

Vita p. 639. Sequenti anno decimo quinto Calendas
 Martias die Veneris, qui a primo tri-
 mestri ecclesiastico habebat nomen, Pa-
 pa Innocentius Cardinalem decrevit Al-
 duinum Audebertum sui fratris Guido-
 nis Audeberti filium. Hic erat peritus
 Juris utriusque: & primum a Papa Be-
 nedicto XII Pictaviensis ad S. Radegun-
 dem Canonici munus obtinuerat cum
 promisso annonæ sacræ, quæ prima va-
 casset. Deinde anno 1349 a Clemente
Dubois to. 2. VI nominatus est Episcopus Parisinus
p. 639. loco Fulconis Chanacii octavo Calendas
 Augustas eodem anno mortui; sed an-
 no 1350 sub Natalem Christi Alduinus
 Antissio-

Antiffiodorum, sæcul. XIV. A.C. 1353. de la Forêt Gall. Christ. to. 3. p. 606. cuius Antistes Petrus Crofius paulo ante designatus erat Cardinalis, ac Petrus * Sylvius Tornacensis Præful Parisios translati sunt. Tunc moris erat, ut Cardinales ab Ecclesia, quam rexerant, nomen traherent: quapropter ipse Innocentius VI, antequam Papa fieret, appellabatur Cardinalis Claromontanus. Sic etiam oportuiffet Alduinum Audebertum vocari Cardinalem Antiffiodorensem: sed jam erant Cardinales duo, qui hanc sedem tenuerant, scilicet Talerandus Petrocoricensis, ac Petrus Crofius. Igitur Papa nepotem suum Magalonam transtulit, ut inde cognomen ferret. Sed hæc translatio fol. 3. p. 606. fuisse formula videtur: nec apparet Alduinum reipsa gubernasse Magalonensem Ecclesiam. Papa suus patruus ei tribuit eundem, quem ipse habuerat, titulum, nempe de S. Joanne ac Paulo.

§. XVII.

Papæ decreta.

Postquam coronatus fuerat Papa Innocentius, mox suspendit multas reservationes dignitatum in templis cathedralibus, aliorumque beneficiorum a Clemente VI in gratiam Cardinalium factas: & in sua conspectos curia Præsules, cæterosque beneficiarios in sui quemque bene-

Vitæ p. 357.
Rayn. 1353.
n. 31.

Sæcul. XIV. beneficii loco residere iussit. Suorum
A.C. 1353. numerum domesticorum, sumptusque
 suos & omnium Cardinalium diminuit. De beneficiis ecclesiasticis, donec conferrentur, administratis condidit sanctionem, in qua dicit: Experientia docuit per administrationes plerumque servitium divinum, & curam animarum decrescere, hospitalitatem parum observari, ædificia corruere, ac beneficiorum jura tam sacris quam profanis in rebus dilabi. Igitur exemplo quorundam ex nostris antecessoribus, ac deliberatione cum fratribus nostris Cardinalibus habita omnium præfecturarum, dignitatum, ac beneficiorum secularium regulariumque administrationes cunctas, concessionesque similes omnino reteximus. Dabat 18 Maji anno 1353. Sustulit etiam alias res indignas; impunitatem percussoribus, dummodo cum cæsi cognatis transigerent, a Prætoribus suis modica pro pecunia datam; tributum meretricibus per eosdem impositum; ac tesserarum ludum multa in Superos maledicta cientem.

Id. n. 32.

Id. n. 29.

Sup.

Agendi modum a Cardinalibus futuro Papæ præscriptum infirmavit tanquam iniquum. Cum cæteris quidem in eum juraverat; sed restricte, si esset Juri congruens. His in litteris Papa inquit: Gregorius X, & Clemens V antecessores

cessores nostri fecerunt sanctiones, quæ prohibent, ne Cardinales vacante summa sede præter electionem Papæ ullum tractarent negotium. Præterea plenitudini potestatis, quam Deus ipse ac ore suo Papæ soli contulit, id, de quo sermo est, scriptum officit: quia certis eam constringit regulis. Hæc enim potestas non foret plena, si Papa penderet ex consensu, arbitrio, & concursu quorundam aliorum: & hæc juramenta temeraria nocerent reliquis Ecclesiis. Quocirca post maturam consultationem, ut omnis tollatur scrupulus, cum aliquot Cardinalibus, multisque Doctoribus & Jurisconsultis initam declaramus, Cardinales nullam sic scribendi potestatem habuisse; id scriptum esse nullum, nec posse quidquam efficere; nosque ac successores nostros Pontifices Maximos minime adstringi ad observationem ejus, aut connexorum cum eo juramentorum. Dabat 30 Junii anno 1353. Sed an non Papa & Cardinales ea, quæ hic enunciantur, omnia jam tum sciebant, cum suum decretum facerent?

Sæcul. XIV.
A.C. 1353.

§. XVIII.

*Ægidius Albornius Papæ in Italia
Legatus.*

Cunctas propemodum Italiæ urbes ac
loca Ecclesiæ Romanæ propria tunc
posside-

Sæcul. XIV.
A. C. 1353.

possidebant tyranni & alii ereptores inju-
sti. Ad officium ea reducturus Papa
illuc Legatum misit Ægidium Alvarum
Albornium Cardinalem Presbyterum de
S. Clemente. Nobilissima Castellæ pro-
sapia ortus, Tolosæ prosperrima utrique
Juri navata opera, postquam Præfectum
facelli Regis Alphonsi XI, & Archidiaconum
Calatravensem egerat, Archiepis-
copus Toletanus jam erat, cum Castiliæ
Regi anno 1340 in prælio Tariffensi
adesset: nam pares generi suo gerebat
spiritus. Denique a Papa Clemente crea-
tus Cardinalis Hispaniam reliquerat, fu-
rorem Petri Crudelis fugiens, quia par-
tes Reginæ perperam vexatæ suscepe-
rat. Papa Innocentius in litteris 30 Ju-
nii datis, per quas eum constituit Legatum
suum, ait: Cum dolore videmus discor-
diam a longo tempore regnantem in
Lombardia, Hetruria, vicinisque provin-
ciis: unde sequuntur cædes, fortunarum
ruinæ, negligentia divini servitii, direptio
templorum, locorumque hinc penden-
tium, contemptus libertatis ecclesiasticæ,
& quæ pejora sunt, schismata, hære-
sesque. Ponderosa tamen, & ardua,
quæ nos cis montes detinent, negotia
obstant, ne ipsi eo veniamus, sicut velle-
mus. Idcirco in Lombardiam, in pa-
triarchatus Aquilejensem, & Gradinum,
in archidiceceses Mediolanensem, Raven-
nanam,

Vitæ to. 1.
p. 859. &c.

Sup. lib. 95.
§. 5. ib. §. 54.

Rayn. 1353.
n. 2.

nanam, Genuensem, Pisanam, Spalati-
nam, Ragusianam, Antibarinam, & Ja-
deranam; in dioceses Ticinensem, Pla-
centinam, & alias (nominantur ibidem)
in Hetruriam, ac terras Ecclesiæ Roma-
næ te mittimus, ut eo reducas pacem,
& ubique religionis bonum procures.

Sæcul. XIV.

A.C. 1353.

§. XIX.

Nicolaus Laurentius Romam redit.

Legatus delatus in Italiam sola duo, in
quibus tuto commorari posset, inve-
nit loca terrarum Ecclesiæ, scilicet Mon-
tem Flasconis in Patrimonio S. Petri, ac
Montem Falconis in Umbria: postea ve-
ro potestatem extendit suam. Habebat
secum Nicolaum Laurentium commentitium
Romanæ plebis Tribunum, cujus
ad casus nobis redeundum est. Proscri-
ptus a Clemente VI, & anno 1347 a Ro-
mano populo desertus in Apuliam per-
fugit ad Ludovicum Hungariæ Regem
tunc Neapoli dominantem: quem Papa
curavit rogandum, ut hominem captum
ad ipsum remitteret, aut Cardinali Ber-
trando Deucio ipsius Legato traderet.
At Nicolaus anno 1350 iterum Romam
ingressus, ibi potentior fuisset, quam an-
tea, nisi Romani metuissent, ne offende-
rent Papam, profanumque anni sacri lu-
crum amitterent. Nicolaus igitur perso-

Sup. lib. 95.
§. 38.

Rayn. 1348.
n. 10. 13.

Id. 1350.
n. 4. 5.

Vita PP.
p. 256. 885.
E6.

Hist. Eccles. Tom. XXIV. H natus

Sæcul. XIV.

A.C. 1353.

natus excessit ex Italia, & in Bohemiam transiit ad aulam Caroli electi Romanorum Regis. Cum tempus aliquod egisset Pragæ, agnitus sistebatur Carolo: qui comprehensum Ernesto Pragensi Archiepiscopo permisit: qua de re Papa per epistolam 17 Aug. an. 1350 datam gratias egit, orans, ut Nicolaum ipsi mitteret. Miser proin captivus Avenionem ductus est: moxque Papa tribus Cardinalibus commisit quæstionem in eum instituendam. Hærebat in carcere per reliquam Clementis VI vitam: & compertum est, nihil criminis eundem spectatim contra Ecclesiam suscepisse.

Confestim Papa Innocentius a censuris ac vinculis liberum cum Cardinali Albornio in Italiam misit, sperans illum fore utilem ad submittendam Ecclesiæ regionem, præsertim Romam, quæ adhuc magni eundem faceret. Id docet epistola Papæ ad Hugonem Arpajonium, suum Romæ Internuncium, ex quo tristem hujus statum cognoverat. Ibi Papa sic loquitur: Ut his medeamur malis, brevi Romam remitemus dilectum filium nostrum Nicolaum Laurentium Equitem Romanum: quia spes est fore, ut ærumnis suis redditus prudens depositis ineptiis suis pristinis per suam oppido magnam industriam obsistat conatibus improborum, & suffragetur bonis consiliis
desi.

Rayn. 1353.

6. 5.

desiderantium tranquillitatem salutem. Sæcul. XIV.
 que publicam. Dabat 15 Sept. 1353. A.C. 1354.
 Ita Innocentius VI laudat hominem, cui Sup. lib. 95.
 Clemens VI tam male precatus erat. §. 39.

§. XX.

Ecclesia Germanica.

Carolus Luxemburgius Bohemiæ ac
 Romanorum Rex magis magisque
 in Germania & authoritatem suam, &
 pacem firmabat. Hoc anno mense De- Rebdorf.
 cembri Moguntiam venit invitatus a Cle- p. 447.
 ro ac populo præsidium suum imploran- Trith. Hirf-
 tibus contra Henricum Virneburgium ve- aug. an. 1353
 terem loci Antistitem a Clemente VI ex- Sup. lib. 95.
 authoratum, & Conradum Falkenstei- §. 30.
 nium illius Adjutorem. Henricus enim
 semper contendebat de sede Moguntina
 cum Gerlaco Nassovio, cui Papa eam
 tribuerat; & qui tunc Regem Carolum
 comitabatur. Hic inquirere in statum
 urbis ac diœcesis cœperat; cum Hen-
 ricus repentinam mortem oppetiit pridie
 Natalem Christi. Tum Conradus Regis
 opera transigebat cum Gerlaco, qui sedis
 possessor quietus mansit: atque sic fini-
 tum est schisma Moguntinum, quod an-
 nos octo duraverat.

Sequente anno 1354 die S. Agnetis Idem Vita
 21 Jan. obiit Archiepiscopus Trevirensis l. 1. Miscel.
 Balduinus Luxemburgius Caroli Regis Baluz. p. 160

H 2 pro-

Sæcul. XIV.
A.C. 1354

propatruus sexagesimo octavo ætatis suæ anno; postquam eam Ecclesiam quadraginta sex annis magna cum celebritate nominis sui gubernaverat. Successit illi Boëmontius Edersdorffius ejus Ecclesiæ Decanus in Archiepiscopum electus a Canonicis.

Albi Arg.
p. 156.

Rehd. p. 441.

Baillet. instr.

pass. n. 541.

Sup. l. 55.
§. 18.

Rex Carolus etiam pacem junxit cum duobus filiis Imperatoris Ludovici Bavarie, Ludovico Marchione Brandeburgio, & Alberto Bavarie Duce. Ludovicus Carolo tradidit ea, quæ vocabantur insignia Imperii, nempe sacram hastam, clavum, partem veræ crucis, aliasque reliquias. Hasta erat eadem, quam Rex Henricus Auceps sub annum 930 a Rudolpho II Burgundie Rege acceperat; & quæ Constantini Magni fuisse dicebatur; at seculo decimo quarto credebatur esse illa, qua latus Christi Domini confixum fuerat. Carolus promiserat se intra triduum has reliquias Norimbergam, aut Francofordiam missurum; sed in suam sedem Pragam deferri jussit exultante Bohemia.

Rayn. 1354.
n. 18.

Immo Papam Innocentium oravit Carolus, ut institueret festum, quo instrumenta cruciatuum Christi colerentur. Concessit ille per diploma Idibus Februarii datum, cujus hæc est summa: Ut Carolus Romanorum ac Bohemie Rex nobis indicavit, asservat instar priorum
Impe-

Imperatorum sacram lanceam clavumque crucis: & has ad reliquias undique magna cum pietate concurrunt populus. Supplicavit igitur, ut festum in earum honorem Germaniæ ac Bohemiæ præciperemus. Pii desiderii rationem ducentes, quotannis diem Veneris post octavam Paschatis sub nomine harum reliquiarum illis duobus in regnis volumus esse solemnem festa religione ac peculiari officio componendo per Præsules, aliosque Doctores, quos Rex delegerit. Et iis, qui festo earum die templum, ubi erunt expositæ, pietatis causa inviserint, largimur indulgentiam trium annorum, ac ter quadraginta dierum, centenorum insuper pro sacrificio divino, & qualibet hora seu parte officii. Hac de re litteras Papa circummisit ad Archiepiscopos multarum urbium, nominatim Pragæ, Magdeburgi, Coloniae, Trevirorum, Moguntiae, Salisburgi, Bremæ, Rigæ; atque ad Præsulum illorum Suffraganeos. Rex Carolus alias quoque reliquias multas congeffit Pragam.

Eodem deprecante pro Duce Bavariae Alberto Papa Episcopis Wurzeburgensi Spirensique mandavit, ut hunc Principem exsolverent censuris omnibus, in quas incurrisset Imperatoris Ludovici patris sui partes sequendo. Diploma dabitur 31 Martii an. 1354.

H 3

§. XXI.

Sæcul. XIV.
A.C. 1354.

Sæcul. XIV.
A.C. 1354.

§. XXI.

Joannes Rusbrœchius.

* Val. vert

Vita c. 2.

c. 4.

c. 6.

c. 8.

Hoc tempore prope Bruxellas in loco, cui nomen * Vallis Viridis, vivebat Joannes Rusbrœchius Sacerdos & Canonicus Regularis, scriptor celeberrimus ex Theologia Mystica, & usu precationis mente conceptæ. Natus anno 1294, cum esset annorum undecim, cœpit operam dare litteris sub Magistro Canonico quodam, cognato suo: sed post annos quatuor circiter, nimirum quinto decimo ætatis anno vix elementa Grammaticæ probe doctus disciplinis humanis nuncium remittere statuit, ut se totum studio sapientiæ divinæ ac virtutis exercitationi dederet. Contectis viginti quatuor annis sacerdotio inauguratus incumbere ad vitam interiorem pergebat, adeo parcus in verbis, ac externam speciem suam tam parum curans, ut apud homines profanos in contempionem veniret.

Jam sexaginta habebat annos; & pios aliquot libros magni æstimatorum publici juris fecerat; quando Vallem Viridem prope Bruxellas in sylva Sognacensi sitam petiit, ubi erat Collegium Canonicorum Regularium. Nuncupatis ibi vôtis

votis solemnibus, post aliquod tempus e-
 lectus est in Priorem. Quo in statu ex-
 cepit adductum per famam suam Gerar-
 dum Grandium Theologum doctissimum,
 Daventriæ incolam, & parentem societa-
 tis seu congregationis Windeshemiensis.
 Cum ex hoc viro cognosceret multos suis
 scriptis offensos se calumniandi ansam
 inde capere, reposuit: Doctor Gerarde
 scito me ne unum quidem verbum in meis
 scriptis posuisse nisi instinctu Spiritus
 Sancti, & in singulari præsentia divinæ
 Triadis.

Quoties se credebat illustratum per
 gratiam, abdebat se in sylvam, & ita com-
 ponebat cuncta opera sua. Interdum
 multas per hebdomades non attingebat
 calamum: quo rursus arrepto, quam-
 vis ea, quæ prius exaraverat, oblitus es-
 set, ejus sermo ita cohærebat, ut si to-
 tum eodem die contexuisset. Linguae
 Latinæ parum gnarus scribebat vulgari
 sua; nempe Flandrica seu Belgica: sed
 omnia posthæc sunt Latine reddita; &
 sic habemus. Viri existimatio fecit, ut
 consulturi eum quam plurimi utrius-
 que sexus homines illustres ac potentes,
 quin etiam Doctores venirent Argentina,
 Basilea, & ex aliis ad Rhenum urbibus.

Clarissimus omnium erat Joannes
 Taulerus Dominicanus Theologiæ Do-
 ctor ab eruditione ac virtute sua inclytus.

Secul. XIV.
 A.C. 1354.

c. 5.

c. II.

Sæcul. VI. Adibat sæpe, quem magnopere colebat,
 A. C. 1354. Rusbroechium, multumque apud eum pro-
 ficiebat in scientia vitæ interioris: ut in
 scriptis ostendit suis. Nam longe qui-
 dem major Theologus, sed in contempla-
 tione inferior Rusbroechio fuit, in qua hic
 ab adolescentia sua, ille non ante quin-
 quagesimum ætatis suæ annum posuit
 operam, & paucis post annis obiit, nimi-
 rum anno 1355.

Spond. 1355

n. 17.

Rayn. n. 38.

§. XXII.

Matthæus Cantacuzenus Imperator.

Rayn. 1353. Joannes Cantacuzenus ad novum Pa-
 n. 22. pam Innocentium VI miserat Fratrem
 Joannem Dominicanum cum litteris;
 per quas ei significabat suum desiderium
 reconciliandi Ecclesias. Papa suo in re-
 sponso illi suadet constantiam in pio pro-
 posito, atque, si hoc exequatur, spon-
 det cuncta subsidia sacra & profana. Po-
 steriora erant, de quibus præcipue age-
 batur: etenim Cantacuzenum graviter
 premebant Turcæ, & adolescens Impera-
 tor Palæologus. Epistola Papæ scripta
 erat 27 Oct. 1353.

Cantac. t. 4.
 s. 34. 35.

Cantacuzenus, si majorem natu fi-
 lium suum Matthæum agnosci Impera-
 torem curaret, se suas aucturum vires ra-
 tus, hac de re Patriarcham Callistum
 consuluit: qui, volebat animum aperire
 suum;

s. 36.

suum; ac ex patriarchali palatio in cœ-
 nobium S. Mamantis ad se pertinens di-
 vertit. Inde missum per nuncium Impe-
 ratori Cantacuzeno, cui responsurum se
 promiserat, dixit: Nec tuum, nec meum
 intrabo palatium, ni jures mihi, tuum a
 te filium Matthæum non declaratum iri
 Imperatorem. Cantacuzenus tamen id
 faciebat, per Optimates eo se adactum
 perhibens: filiumque jussit assumere or-
 namenta imperatoria, nempe calceos ru-
 bros, ac pileum margaritis gemmisque
 pretiosum. Sed opus omnino erat eum
 pro more etiam inaugurari. Itaque Im-
 perator Episcopos Thraciæ, quotquot
 poterat, accivit; & cum illis, qui Con-
 stantinopoli jam aderant, in palatium
 imperatorium congregatos rogavit om-
 nes, quid agendum esset cum Patriar-
 cha Callisto? Respondebant ex compo-
 sito, mittendos esse, qui eum invitarent,
 ut ad sedem rediret suam: quia nulla de
 re accusaretur.

Imperator misit duos Episcopos Da-
 nielem Ænensem, ac Josephum Tene-
 dium cum duobus de primario Clero
 Constantinopolis. In monasterium S. Ma-
 mantis delati Callisto Imperatoris nomi-
 ne dicebant: Si proposuisses rationes
 firmas, ob quas non proclamaretur meus
 filius; id impediisses forsitan: at vide-
 ris non nisi per vim obstare voluisse.

H 5

Nune,

Sæcul. XIV.

A. C. 1354.

c. 37.

Sæcul. XIV. Nunc, cum factum nequeat revocari;
A.C. 1354. diffensioque ac disputatio nihil profint
 amplius, sedem ac domum tuam, quas
 tibi nemo ademit, recipere debes, novo-
 que Imperatori sacram inunctionem, &
 coronam dare; quippe quibus carere ne-
 queat, postquam accepit reliqua suæ di-
 gnitatis insignia.

p. 858. Patriarcha solum reposuit, a se sacro-
 rum expertem declaratum iri, quicumque
 ipsi hac in re violentiam inferret. Indi-
 gnatus Antistes Daniel, Igitur nil super-
 est, inquiebat, nisi ut alius fiat Patriarcha.
 Sic precor ex animo, subjungebat Cal-
 listus. Perdicas unus de Oratoribus,
 Nescio, aiebat, quænam sit illa res, ad
 quam compelli non vult. Tum ejus fo-
 cii: Est abdicatio muneris, quod resump-
 pturum se negat; etiamsi foret, qui vel-
 let ipsum eo cogere. Cum Oratores ad
 Imperatorem & concilium ea retulissent,
 is omnia per Notarium Ecclesiæ man-
 danda litteris curavit.

Dein Episcopi cœperunt agere de
 Patriarcha eligendo: ad quos Imperator,
 Scio, inquiebat, secundum priscam regu-
 lam a religionis nostræ primordiis ad nos
 usque derivatam congregatis Episcopis
 post imploratum Spiritus Sancti præsi-
 dium cooptandos esse tres viros, quos
 proponant Imperatori, ut ex iis unum
 eligat. Malus autem mos ita fert, ut
 agentes

agentes contra cognitionem nostram, ac ^{Sæcul. XIV.}
Deum ludificantes, sinamus fundi preces ^{A. C. 1354.}
ad acciendam ejus gratiam, & pridem
delectum a nobis hominem nominemus.

Sic plerique Imperatores fecerunt: sic ^{p. 859.}
ego ipse sæpius erravi. Sed, ut me cor-
rigam, reddo vobis veterem libertatem
cooptandi Patriarcham; ac deligam u-
num de tribus, quos designaveritis. Ista
consuetudo nominandi coram Imperato-
re tres viros ad sedem Constantinopoli-
tanam non erat tam antiqua, ut crede-
bat Cantacuzenus: quia Theodosio, cum
Nectarium eligeret Patriarcham, multi
alii proponebantur.

Episcopi Cantacuzeno designarunt ^{Sup. l. 18. §. 5}
Philothem Heracleæ, Macarium Phila-
delphiæ Antistites, & Nicolaum Cabasi-
lam hominem privatum. Imperator ele-
git Philothem, qui paulo post inaugura-
tus est in Patriarcham. A puero Mo- ^{Cant. l. 4. c. 16}
nachus Lauram Montis Athonis rexerat,
antequam fieret Episcopus, eratque fer-
vidus sectator Palamantis. Patriarcha
Callistus, postquam sat diu in coenobio
S. Mamantis hæserat, Galatam primum
delatus inter Latinos ibi se abdidit: dein
horum opera in Tenedon ad adolescen-
tem Imperatorem Joannem Palæologum
profectus, ab eo perbene acceptus est,
quippe qui ipsius causa in Cantacuzeni
odium offensionemque incurrisset.

Philo-

Sæcul. XIV.

A.C. 1354.

Ibid. c. 38.*Ducange**Famil.* p. 261*Sup.* §. 2.*Combef.**aukt. noviss.*

p. 162.

Philotheus igitur Constantinopoli in Blaquernano Dominae Nostræ templo ex more coronavit novum Imperatorem Matthæum Cantacuzenum, & conjugem ejus Irenen Palæologam, quæ patrem habuerat Despotam Demetrium Imperatoris Andronici Senioris filium. Postea Imperator Joannes Cantacuzenus, ut concilii anno 1351 habiti decreto cumulatam tribueret authoritatem, suum filium Matthæum id subsignare voluit, & aræ imponere in sua & Patriarchæ Philothei præsentia mense Februario indicatione septima, nimirum anno 1354.

§. XXIII.

*Mors Nicolai Laurentii.**Mat. Vill.*

l. 2. c. 47.

Id. l. 1. c. 29.*Ughell.* to. I.

p. 39.

Interim Legatus Ægidius Alburnius magnos in Italia progressus faciebat, præsertim in Romæ vicinia. Ex Romanis per annum sacrum ditatis præcipui suas in terras admittere cœperunt prædones ac sicarios totam turbantes regionem. Pontius Perrotus tunc Romæ gerebat Papæ vices. In Occitania natus Vindocinensem Carnutensis Ecclesiæ Archidiaconum cum egisset, evaserat Urbevitanus Episcopus anno 1348. Erat vir probus, & magnæ authoritatis. Postquam Jordanus de Urfinis Romanus Senator se submoverat, Pontius intravit

Capi-

Capitolium, ut hoc defenderet, dum Pa-
 pa Senatorem alium decrevisset. At
 Jacobus Savellus Columniorum opera
 eum inde per vim pepulit: manebatque
 Roma sine Gubernatore. Jus aberat a fo-
 ro: non Judices, sed prædones solum-
 modo cernebantur intus & foris: reli-
 gionis causa peregrinantes, cæterique ex-
 tranei quasi oves agebant inter lupos.
 Hoc in statu rerum delectus a populo bo-
 nus quidam senex Joannes Cerronus, in
 Capitolii possessionem missus sub Recto-
 ris nomine, & confirmatus est a Vicario
 Papæ, cum huic jurasset fidem. Facta
 hæc electio fuit postridie Natalem Do-
 mini anno 1351. Ineunte Septembri
 sequentis anni Rector a Luca Savello ve-
 xatus contumeliis, nec populum mori-
 gerum habens relicta Roma in Aprutium
 se recepit. Anno 1353 duos Roma Se-
 natores habebat, Comitem Bertoldum
 Ursinum, ac Stephanum Columnium.
 Quia difficultas annonæ gravissime pre-
 mebat Italiam; accusabat eos populus,
 quod illam Romæ auxerint permittendo
 frumenti exportationem. In Capitolio
 15 Febr. oppugnabantur: Stephanus fu-
 ga salutem petiit: at Bertoldus lapidum
 ictibus est trucidatus.

Joannes Elbiovicensis, qui se Romæ
 Præfectum dicebat, pridem Viterbium,
 Tuscaniam, aliaque loca in Patrimonio
 S. Petri

Sæcul. XIV.

A.C. 1354.

Vill. c. 47.

M. Vill. 1.3.

c. 33.

Ibid. c. 57.

Rayn. 1352.

n. 11.

Bal. Vitæ.

to. I. p. 31.

S. Petri

Sæcul. XIV. S. Petri sita occupando incurrerat in anathemata per Joannem XXII generatim pronunciata contra ereptores terrarum Romanæ Ecclesiæ: & hic Papa illi nominatim censuras irrogaverat: quas confirmavit, ac repetiit Clemens VI; despexit autem per sexennium & amplius Joannes Elbioycensis, ita, ut Papæ Clementi suspectus esset de hæresi, tanquam contemptor clavium Ecclesiæ. Quapropter die Cœnæ Domini publico eum edicto citavit omni comperendinandi jure dempto: ac tribus post mensibus, nimirum 9 Julii edidit litteras, per quas eundem a piorum societate seclusit ut deficientem & contumacem in materia fidei.

M. VII. l. 3.
c. 98.

Legatus Albornius primo commentitium Romæ Præfectum bello premere tentavit, sed parum prospero successu: tum aliquamdiu per propositiones pacis distineri se passus inhæsit vestigiis Summorum Præsulum: ac mense Februario 1354 anathema in eum contorsit, quod per omnes Italiæ urbes promulgari voluit. At videns ad reducendum in semitam hunc hominem, adminiculis aliis, quam æris campani sonitu, & fumo cereorum opus esse (ut Matthæus Villanus loquitur) iniit viam facti, & de copiis sibi sapienter providit tecto consilio. Florentinis equitibus ducentis

c. 108.

centis aliisque instructus mense Martio
 1354 accepta in deditionem Tuscania
 primam Joanni palmam eripuit. Papa
 Legato gratulans animos, ut pergeret, ad-
 didit per epistolam 10 Apr. datam.

Sæcul.XIV.

A. C. 1354.

Rayn. 1354.

n. 1.

Romæ post cædem Bertoldi de Urfi-
 nis perstantes in diffidio Proceres e con-
 gectis per urbem munitionibus inter se
 dimicabant toto mense Augusto anni
 1353. Tandem populus destitutis eo-
 rum certaminibus, Tribunum sibi fecit
 Baronellum, qui erat scriba Senatus,
 sive Senatori a Secretis; homo infimo
 loco natus, & parum intelligens; adsci-
 to tamen sibi virorum frugi consilio coër-
 cens improbos instaurabat paulum ju-
 stitiam & libertatem. Sed Romani cum
 Cardinali Legato, quod feliciter bellaret,
 pacisci, se in ejus fidem committere, in
 Viterbienses eum magnopere concitare.
 Sic auctus equitatu majora præstando
 parem se vidit.

M. Vill. l.3.

c. 78.

c. 91.

Reductus ab illo Nicolaus Laurentius
 recepta Romæ pristina autoritate sua
 Tribunum pepulit Baronellum, Tribunus
 ipse rursus dictus a populo. Sed Papa
 insigniorem ei titulum dabat in epistola
 30 Augusti an. 1354 data, ubi eundem
 nominat Equitem ac Senatorem Roma-
 num; monetque, ut ex præteritis sapiat,
 beneficia Dei agnoscat, & potestatem
 suam ad justitiam tuendam adhibeat. Et

Rayn. 1354.

n. 2.3.

vero

Sæcul. XIV. vero aliquamdiu fatis bene se gessit: ac
A.C. 1354. hospitem quendam fratrem (Moralis
 seu Monregius vocabatur) qui discordias
 Italiæ diu foverat, multaque crimina per-
 petrarat, 29 Aug. securi percuti iussit.
 At eodem modo tractavit Pandolfum
 Pandolfuccium hominem probum, ac ve-
 terem civem apud populum magna va-
 lentem auctoritate. Necis iniquitas O-
 ptimatibus, qui Laurentium timebant,
 concitandæ in eum plebis occasionem
 obtulit.

Octava Octobris sub tertiam pomeri-
 dianam Romani arreptis armis currebant
 ad Capitolium, exclamantes: Perime!
 Nicolaus hac voce percitus affitit ad fe-
 nestram vexillum populi tenens, ac ex-
 trinsecus agitans; cœpitque clamare:
 Vivat populus! At populus emittebat
 in eum tela, magno clamore necem in-
 tentans. Ille cum oppugnationem us-
 que ad vesperum sustinisset; populum
 magis magisque exulcerari, ac exarde-
 scere, sibi vero nihil opis sperandum vi-
 dens per industriam sibi consulere cogita-
 bat. Servili veste indutus palatii portas
 referari voluit, ut populus ex more suo
 capiendis spoliis distineretur: & idem se
 facere simulans compositum e culcita, a-
 liisque lecti partibus fascem gestabat. Ita
 descendens per superiores alterasque sca-
 las, Agite, ajebat, diripiamus domum!
 rerum

rerum abunde adest. Saluti proximus Sæcul. XIV.
 erat: cum homo, quem offenderat, cum A. C. 1354.
 fasce in humero agnitum percussit voci-
 ferans: Tribunus est. Alii tractum fo-
 ras, gladiis transossum, mutilatum ma-
 nibus, ac evisceratum inserto in laqueum
 collo raptabant usque ad ædes Colu-
 mniarum: ubi erecta ex furcâ miserabi-
 le cadaver suspendebant; quod multis
 diebus sepultura caruit. Talis fuit scena
 ultima Tribuni Nicolai Laurentii.

§. XXIV.

Errores in Francia & Anglia.

Parisiis Frater Guido ex Ordine Eremitarum S. Augustini publice in scholis eorum multos docuit errores: quos ex decreto Theologicæ Facultatis, & Cancellarii Ecclesiæ Parisinæ recantavit 15 Sibl. PP. Paris. to. 3. p. 1155. Duboulai to. 4. p. 329. Art. 1.
 Maji an. 1354. Præcipuos vide! Charitas, quæ semel perditur, nunquam fuit vera charitas. Homo vitam æternam digne mereri potest, ita, ut Deus illi faceret injuriam, si illam ipsi denegaret. Si non daretur liberum arbitrium, daretur tamen peccatum. Deus imponere quandam necessitatem potest præveniēdo voluntatem ad actum bonum.

Similes in Anglia errores eodem tempore tradebantur: ut liquet ex epistola Papæ Innocentii ad Eboracensem Archiepiscopum. Hist. Eccles. Tom. XXIV. I chiepi-

Sæcul. XIV.
A. C. 1354

Ragn. 1355
n. 28.

chiepiscopum anno sequente 18 Augusti scripta hunc in modum: Ut comperimus, in diœcesi tua sunt, qui asserant neminem posse mereri vitam æternam per quæcunque opera bona, etiam a gratia proficiscencia. Alii contendunt, pœnam damni seu privationem divini conspectus non esse debitam pœnam pro labe ab ortu nobis ingenita, & per hanc neminem reddi fontem. Primum hominem fuisse moriturum, etiamsi nunquam peccasset; & multa ejusmodi alia. Idcirco te cum iis, qui talia docent, secundum canones agere jubemus. Præcepti hujus momentum patebit ex ordine historiæ.

§. XXV.

Fratricelli plectuntur.

Ragn. 1354.

n. 31.

It. Kebd.

p. 441.

Sup. l. 87.

c. 33.

Nondum extincta erat Fratricellorum hæresis semper negantium, Papam Joannem XXII potuisse retexere Nicolai III de paupertate Christi sanctionem, *Exiit, qui seminat*; & a Papa posse ulla de causa supprimi Ordinem Fratrum Minorum. Cesserone duo capti sunt, Joannes Castellionensis, & Franciscus Arquatinus, Sacerdos alter, alter frater laicus: qui Avenionem ducti jubente Papa sic interrogabantur: Potestne Papa mutare amictum vestrum, ac vos transferre in Ordinem Dominicanorum? Respondebant:

bant: Non. An potest permittere, ut ^{Secul. XIV.} habeatis horrea & cellas, ubi ponatis pe- ^{A C. 1354.} num? Non. Num creditis Papam Joan- ^{II. Knygton.} nem XXII fuisse caput Ecclesiæ? Non. ^{p. 2610.} An bona, æqua, & fidei consentanea est illius decretalis *Quorundam exigit*? Non: ^{Sup. l. 92.} Consulto facta est ad damnationem qua- ^{S. 43.} tuor fratrum Massiliæ combustorum, ac per contemptum paupertatis Domini No- stri, & S. Francisci. Creditis mortem il- lorum quatuor fratrum fuisse cælo di- gnam? Reponebant eos fuisse sanctos, affirmabantque multa alia in Papæ au- thoritatem pugnancia: ob quæ conde- mnati, Judicique profano sunt traditi; qui eos concremari iussit.

Ante supplicium Joannes Castellio- nensis palam ita se declarabat: Ajo Pa- pam Joannem fuisse hæreticum, & san- ctæ Ecclesiæ inimicum ob errores suis quatuor sanctionibus *Ad Conditorem, Cum inter nonnullos, Quia quorundam, & Quia vir reprobus*, insertos, sacrisque li- teris ac vitæ Apostolorum aperte con- trarios. Assvero successores illius Be- nedictum XII, Clementem VI, & Inno- centium VI, cum easdem hæreses fove- rent, ac defenderent, fuisse hæreticos, a- nathemate devinctos, & omni privandos dignitate. Tantundem dico de cunctis Præsulibus, & aliis tuendæ fidei catho- licæ præfectis. Ita combustus est cum so-

Sæcul. XIV. cio die tertia Pentecostes & Junii anno
A.C. 1354. 1354. Putabant se consulere honori sui
 Ordinis; & cum reliquis sectæ suæ mem-
 bris contendebant, non nisi Fratrem Mi-
 norem aliquem eligendum esse Papam.

Ughell to. 6. Postea 29 Oct. an. 1354 Papa Joanni
p. 427. Archiepiscopo Capuano, quem ante bien-
 nium hanc ad sedem transtulerat, scripsit

Vad. 1354. in hanc sententiam: Audivimus in tua
n. 6, 7. dioecesi ac provincia quosdam homines
 superstitiosos vulgari nomine Fratricel-
 los sibi arrogare divini verbi præconium;
 magnos errores tradere; simplicibus per
 vestem fictæ demissionis, ac per sermo-
 nes nimis exquisitos imponere; & loqui
 contra fidem ac reverentiam Summæ
 Sedi debitam. Igitur præcipimus, ut se-
 cundum privilegia Inquisitionis tantum
 & sine forma judicii hos improbos per-
 quiras, ex præscripto Canonum corrigas,
 puniasque, ac Magistratus civilis præsi-
 dium, si opus sit, accersas salva suffra-
 ganeorum Inquisitorumque jure exercen-
 dæ contra illos suæ potestatis. Easdem
 Papa litteras Archiepiscopo Pisano, qui
 jam aliquos horum Fratricellorum car-
 ceri addixerat, Archiepiscopis Neapolitano
 ac Beneventino, Legato Ægidio Albur-
 nio, tandemque 21 Dec. Episcopo Cassensi
 ad mare nigrum misit: nam eo usque
 Fratricelli se diffuderant.

§. XXVI.

Sæcul. XIV.

A. C. 1354.

Institutum Gentilii Spoletini abrogatur.

Fratres Minores hoc anno Assisii peragebant suum conventum generalem quinquagesimum secundum. Proponebatur ibi urgenda abrogatio parvæ societatis seu congregationis formatæ per Fratrem Gentilium Spoletinum, & a Papa Clemente VI approbatæ. Quatuor duntaxat domos hæc habebat, ducebatque vitam singularem, si spectes studium paupertatis, formamque vestis, & Fratrum disjunctionem a Franciscanis cæteris, quibuscum nil commune sibi esse volebant. Erant igitur, qui suaderent in comitiis, ut Ordo coram Papa frequente in senatu sacro illos accusaret tanquam socios sectæ Narbonensis. At Guilielmus Farinarius Minister Generalis offensionem foris & discordiam intus devitandam dicens obtinuit, ut leniore modo tractaretur id negotium, totumque suæ curæ relinqueretur.

Rei gerendæ occasionem Gentilius ipse præbuit. Cum enim Minister Generalis cuidam parvæ congregationis fratri aliquid imperasset; Gentilius hunc illius oculis subduxit, inquiens. Nihil

Sæcul. XIV. est, quod ille præcipere tibi queat, præ-
A.C. 1355 fertim in iis, quæ pertinent ad mansio-
 nem in nostris domibus. Nempe de hac
 ipsa agebatur. Præsentes indignati, ut
 Guilielmus ad vindicandum authorita-
 tis suæ contemptum moveretur, complu-
 ra ei detegebant ad instituti novi ruinam
 facientia. Præsidium disciplinæ, aiebant,
 subtrahere se qui volunt, hanc ad con-
 gregationem transeunt. Hæc ducitur a-
 more libertatis: hæc recipit promiscue
 bonos malosque, doctrinam sanam & no-
 xiam.

Guilielmus clam inquirens comperit,
 a Gentilianis revera susceptos esse aliquot
 hæreticos, aut suspectos in fide homi-
 nes. Illi causabantur quidem, se hoc fe-
 cisse ob spem persuadendi eis veritatem:
 ac reapse pepulerant obstinatos. Atta-
 men habebantur fontes, quod cum eis
 junxerint consuetudinem, & Inquisitori
 neutiquam denunciatos dimiserint. Hoc
 erat fundamentum præcipuum querela-
 rum, quas Guilielmus ad Papam Inno-
 centium VI detulit, exponens ipsi pericu-
 lum schismatis in Ordine majoris illo,
 quod sub Clemente V fuerit. Itaque
 18 Aug. 1355 impetravit litteras, per quas
 Innocentius revocat Clementis VI di-
 ploma parvæ congregationis cœnobiis
 quatuor propitium; eaque subjicit Mini-
 stro Generali, ac Præsilibus ordinariis.
 Postea

Postea Guilielmus effecit, ut jussu Legati ^{Sæcl. XIV.}
 Albornii Gentilius custodiæ mandaretur A. C. 1354.
 in monasterio Urbevetano cum duobus
 Fratribus, quos ducebat Romam. Sic
 dissipata fuit parva congregatio.

§. XXVII.

*Imperator Carolus IV coronatur in
 Italia.*

Interim Imperator Carolus IV in Italiam
 venit coronandus. Pridie Idus Octo- ^{M. VII. l. 4.}
 bres anni 1354 attigit Utinum agri Fo- ^{c. 27.}
 rojulienfis urbem, Patriarchæ Aquilejani ^{Ughel. t. 8. l.}
 sedem, quem itineris comitem sibi adjun- ^{p. 109.}
 xit. Is erat Nicolaus Luxemburgius
 Caroli frater naturalis, ejusdemque ro-
 gatu per Clementem VI 22 Oct. an. 1350
 post obitum B. Bertrandi Genesiofanensis
 de Naumburgico Saxoniae episcopatu
 Aquilejam translatus; ubi sedit usque ad
 annum 1358.

Imperator ingressus Lombardiam per ^{Rayn. 1354.}
 Theodoricum Mindensem Episcopum id ^{n. 6.}
 Papæ significavit; petiitque copiam cu-
 randi, ut Romæ ad S. Petrum corona-
 retur. Papa per epistolam 21 Nov. da-
 tam spondit se missurum Cardinales,
 qui hanc obirent functionem: & interim
 Legato Ægidio Albornio præcepit, ut

Sæcul. XIV. Carolum consiliis copiisque juvaret suis.
A.C. 1354. Qui, antequam iret Romam, ex more debebat Modoëtiæ in diocesi Mediolanensi coronam accipere ferream. At ob mutationem nuper factam, potentiamque Pro-Comitum metuendum erat, ne hi se Imperatori opponerent.

M. VIII. l. 4. Archiepiscopus Joannes Pro-Comes in
c. 25. 28. cumulo terrenæ prosperitatis repente obierat die sabbati quarto Nonas Octobres hujus anni 1354: nec habuerat tempus consulendi animæ suæ, aut condendi testamentum, vel ordinandi successionem suorum nepotum in terris suis. Tres erant, Matthæus, Barnabas, & Galeatius, qui eas sine controversia partiti concordibus vivebant animis. In Archiepiscopum Mediolanensem curabant eligi Robertum Pro-Comitem Antonii filium, & Archipresbyterum Ecclesiæ Metropolitanæ: quam ei Papa contulit: ut hujus epistola docet ad tres fratres 9 Nov. data.

Ughel. to. 2. Hi Principes coronando Carolo ne
p. 359. obstarent, Papa negotium dedit tribus Patriarchis Constantinopolitano Latino, Nicolao Aquilejensi, & Fontanerio Vassalio Gradino. Mandatum scriptum est 22 Novembris: & ibi Papa rationes trium Cæsaris coronarum sic explicat: Argentea, quam Aquisgrani obtinet, indicat sapientiam, & facundiam, qua hæreticis

Rayn. 1354.
n. 9.

reticis obsistere, ac os occludere debet. *Sæcul. XIV.*
 Ferrea, qua Modoëtiae redimitur, deno- *A. C. 1355.*
 tat vim obterendi rebelles. Denique illa,
 quam Romæ accipit, significat potesta-
 tem tuendæ libertatis ecclesiasticæ. En
 expositiones mysticas, quæ illi seculo pla-
 cebant.

Tantum aberat, ut Archiepiscopus *Rayn. 1354.*
 Robertus desiderio Caroli resisteret, ut ei *n. 1.*
 coronam ferream ipse imponeret, non *Preuv. Card.*
 Modoëtiae, sed Mediolani in templo S. Am- *Fr. p. 351.*
 brosii, coram Patriarcha Aquilejensi,
 multisque Episcopis ac Proceribus, die
 festo Epiphaniæ 6 Jan. anno 1355. Ita
 Carolus ipse testatur in litteris, quas no-
 no ejusdem mensis dedit ad Petrum Ber-
 trandum Cardinalem Episcopum Ostien-
 sem sibi Romæ coronando destinatum.

Ultimo Januarii Petrus accepit Papæ *Rayn. n. 2.*
 mandatum, cujus hæc est summa: Post- *n. 5. 6. 7. &c.*
 quam dilectus filius noster Carolus coo-
 ptatus est Rex Romanorum, ac ejus ele-
 ctio per Papam Clementem VI approba-
 ta fuit; ille, ut per aliquos Fratrum no-
 strorum Cardinalium Romæ coronandum
 se curarem, oravit perbene gnarus
 nos magni momenti negotiis cis montes
 detineri. Quocirca oculos in te ac Æ-
 gidium Cardinalem de S. Clemente Sa-
 cræ Sedis Legatum coniecimus; volu-
 musque, ut Romam petas, ibi Regem
 illo die, quem elegerit, inungas, & cum

Sæcul. XIV.
A.C. 1355.

Pr Card.

Æ. 345. 347.

Rayn 1355.
n. 3 &c.

M Vill. 1. 5.
c. 2.

Anna Regina conjuge sua coronas. Tum Innocentius totam actus ceremoniam fuse præscribit, jubens omitti ea, quæ non nisi præfenti Papæ ipsi convenirent.

Cardinalis Bertrandus die lunæ 9 Febr. 1355 relicta Avenione, die Mercurii 1 Aprilis pernoctavit Sutrii prope Viterbium: ubi etiam Carolus noctem egit: ac postridie Cesani pranderunt simul. Hoc ipso die, qui erat Cœnæ Domini facer, Cardinalis advenit Romam: ubi Carolum die Paschatis, quem hic elegerat, coronavit cum Imperatrice Anna, quæ ob id solum post conjugem suum venerat ex Germania, & Pisis eum affecuta fuerat. Peracta re divina Carolus imperatoriis ornatus insignibus conscendit equum: quo totam per urbem vehabatur a templo Vaticano ad palatium Lateranense transiens, ubi prandium sumpsit. Dein sub obtentu venationis extra urbem pernoctavit, & Laurentiopolis quidem: nam Papæ sponderat eodem se die Romam relicturum: quod erat inter condiciones imponendæ Carolo coronæ. Cætera quoque promissa omnia, quæ sive Clementi VI, sive Innocentio post sui electionem fecerat, exsolvit, vel rata habuit per tabulas authenticas, quas Cardinali tradidit.

Joannes Cantacuzenus imperatoriam dignitatem abdicat.

Mense Januario ejusdem anni 1355 juvenis Imperator Joannes Palæologus Constantinopolim rursus intravit. Joannes Cantacuzenus focer suus eum quasi relegaverat Theffalonicam, & solum fere Imperatoris titulum illi reliquit. Joannes seu Calojoannes, ut propter eximiam corporis speciem vocabatur, nec copias habebat, nec pecunias, per quas fortunam repararet suam; sed amabatur a populo ac Proceribus, qui eum semper agnoscebant suum verum Dominum. Franciscus Cataluzius Nobilis Genuensis Constantinopoli habitans, opibusque affluens per industriam & largitiones suas effecit, ut Imperator Joannes Palæologus illuc mari adveniret noctu ac secreto. Tum magno urbs motu agitari: accingere se armis, & suum erga illum studium profiteri populus: nec se tueri parabat Cantacuzenus, suppetias sibi expectandas perhibens.

Patriarcha Philotheus populi ferociam metuens relicto palatio suo latebram petiit, se gravem Palæologo ratus, quippe intrusum ad sedem Callisti pro ipso conati,

M. Vill. l. 4. c. 46.

Cantacuz., l. 4. c. 39. p. 865.

c. 40.

Sæcul. XIV. conati, passique omnia. Ille conditiones
A. C. 1355. pacis obtulit Cantacuzeno: qui has li-
 benter accipiens ei declaravit conceptum
 pridem, ut aiebat, propositum abdican-
 di res fluxas, vitamque monasticam am-
 plectendi. Et vero postridie depositis
 ipso in palatio insignibus imperatoriis re-
 ligiosam induens vestem Joannis nomen
 nomine Joasaphi mutavit. Simul conjux
 ejus Irene nomen Eugeniæ assumpsit cum
 amictu cœnobitico. Joasaph adire mon-
 tem Athonem volebat.

c. 41.

p. 871. Eadem hyeme Callistus ab insula Te-
 nedo, quo se receperat, redux patriarcha-
 lem denuo sedem Constantinopoli nemi-
 ne obstare auso capiebat. Ne Præfulum
 quidem sententiam hac de re postulans,
 sed iniquissime tum ab Imperatore, tum
 ab Episcopis tractatum se perhibens, suam
 ipsius causam judicabat, pœnas ab ini-
 micis suis expetiturus. Dissuadens id
 Palæologus, quæ discordias inter & con-
 tentiones facta essent, omnia contemnen-
 da dicebat.

M. Vill. l. 5.

c. 87.

Indic. Ar-
rag. p. 210.

Rayn. 1355.

n. 23. 24.

Baluz. vit.

to. I. p. 328.

337.

Ludovicus Arragonius Siciliae Rex
 annos sexdecim natus decima sexta O-
 ctobris anno 1355 vitam amisit, successo-
 rem relinquens suum fratrem duntaxat
 tredecim habentem annos, & imbecil-
 lum. Mense Decembri Petrus Officiosus
 Arragonum Rex deformis simul ac pu-
 fillus

fillus Avenionem delatus, Natalem Do-
mini Nostri cum Papa Innocentio ibi ce-
lebravit; & ob Sardiniae coronam clien-
tis fidem ei spondit; sicut Benedi-
cto XII fecerat.

Sæcul.XIV.
A.C.1355.

§. XXIX.

Joannis Palæologi cum Papa fœdus.

Imperator Joannes Palæologus hinc a
Turcis, illinc a Matthæo Cantacuzeno
adhuc Adrianopolim, & circumjecta huic
loca tenente pressus, ut a Latinis subsi-
dium impetraret, cum Paulo Archiepis-
copo Smyrneni cœpit agere de reconci-
liandis Ecclesiis: ac de consilio hujus
Præfulis confecit, sigilloque aureo mu-
nivit tabulas, quarum hæc erat summa:
Per sancta Evangelia juro me observatu-
rum omnia, quæ sequuntur. Ero fide-
lis atque morigerus sancto Patri & Do-
mino Innocentio VI Romanæ ac univer-
sali Ecclesiæ Pontifici Maximo, & suc-
cessoribus ejus; Legatosque ac Nuncios
ejusdem omni cum reverentia recipiam.
Conabor pro viribus omnes mihi subje-
ctos illi submittere: atque cum populi
longam per consuetudinem indurati non
facile flecti queant, convenit mihi cum
Archiepiscopo Paulo, & Nicolao Sigero
meo Megaheteriarcha (sic vocabatur Dux
primus custodum corporis advenarum)

Rayn. 1355.
n. 33.

n. 34.

Ducange
gloss. lat.

ut

Sæcul. XIV. ut Papa ipsos remittat tribus cum triremibus; & postquam advenerint Constantinopolim, ego meum filium Despotam Manuelem Palæologum Archiepiscopo Smyrnenfi tradam secum vehendum aliqua triremium ad Papam: duas relinquat mihi; duas alias huc adducat; & omnes arbitrio meo permittat ad tuendam regionem.

A.C. 1355.

Quando Papa meum filium in manibus habeat suis, quam poterit, celerrime ad me mittet quindecim naves cum equitibus quingentis, ac mille peditibus. Constantinopolim advecti contra Turcas Græcosque nobis inimicos nostris auspiciis semestri spatio militabunt. Interea Papæ Legatus beneficia & dignitates ecclesiasticas Græcis idoneis, qui sponte ad Ecclesiæ suam redibunt, conferet: prout ipse ac nos expedire videbimus. Si sex intra menses post adventum classis Græci cum Ecclesia Romana se non conjunxerint; de Legati consilio faciemus, ut omnino se subjiciant. Legato incolendum dabimus grande palatium, quod Papæ ac Nunciis ejus perpetuo reservetur. Dabimus illi etiam templum elegans, in quo ipse ac successores ejus rem divinam faciant. Filio natu maximo (Andronicus erat) dabo Magistrum Latinum, qui litteras & linguam Latinam ipsum doceat. Dabo tres domos amplas, ubi discipuli

disciplinæ Latinæ tradantur: & curabo, ut Sæcul. XIV.
 filii Græcorum maxime spectabilium eas A.C. 1355.
 frequentent scholas. Si non exequar
 memorata omnia, jam nunc pro illo tem-
 pore me judico indignum Imperio; &
 jusejus omne transfero in meum, quem
 dixi, filium; Papæ hunc do in adoptio-
 nem, & patriam potestatem cedo, ita, ut
 ei conjugem, Tutores, Curatoresque de-
 ligere, ac illius nomine Imperium acqui-
 rere & gubernare possit. Denique si mea
 solvam promissa, volo esse vexillarius
 Ecclesiæ, ac Princeps Ducum Christiani,
 qui huc transferit, exercitus. Actum
 Constantinopoli nostro in palatio Blaquer-
 nensi 15 Decembris anno mundi 6864,
 Christi 1355.

Duo Oratores Paulus Archiepiscopus Rayn. 1356.
 Smyrnensis, & Nicolaus Sigerus Mega- n. 32.
 heteriarcha, postquam in parva triremi
 Avenionem attigerant, prope Dominæ
 Nostræ templum insigne miraculis in ter-
 ram exscenderunt intra octavam Pente-
 costes, quæ inciderat in duodecimam
 Junii. Ferebant litteras clausas, quarum
 testimonio fides plenior ipsis & tabulis
 patentibus, quas modo retuli, haberetur.
 Papa 21 Julii respondebat fusam per epi-
 stolam, in qua de gaudio concepto e spe
 reconciliandi Ecclesias multa faciens ver-
 ba, excurrit in laudes Imperatoris Joan-
 nis; & ad constantiam animato com-
 mendat

n. 33. 34.

Sæcul. XIV. A.C. 1356. mendat duos Nuncios una missos, videlicet Petrum Thomam Pactarum in Sicilia, & Guilielmum Sissopolis, seu Sizonis in Caria Episcopos.

Cornanville. *p. 237.* Imperator Joannes sororis suæ conjugio, & insulæ Lesbi principatu honoraverat optime de se meritum Franciscum Cataluzium Nobilem Genuensem. Huic etiam scripsit Papa, sicut Patriarchæ Calisto; quanquam nullas ab eo litteras nactus; multisque insuper Imperii Græci Proceribus, Hugoni Regi Cyprio, Joanni Gradenico Duci Veneto, Magistro Equitum Rhodiorum, ac Genuensibus. Sed copias & naves, de quibus convenerat, mittere haud poterat. Itaque pactum effectu caruit.

§. XXX.

Initia S. Petri Thomæ Carmelitæ.

Petrus Thomas Pactensis Episcopus in Petrocoricensi agro, & Sarlatina diocesi ortus patrem habuit quendam villicum tam inopem, ut duobus liberis suis, huic filio & filiæ alendis impar esset. Petrus in propinquo pago victum precario conquirens haud omittebat frequentare scholas, & in litteris ita proficiebat, ut brevi pueros erudiret. Aginnium postea venit: ubi multos per annos Grammaticæ

Vita c. r. ap.
Boll. 19.
Jan. to. 1.
p. 995.

cæ ac Logicæ navabat operam, de stipe Sæcul. XIV.
A.C. 1356.
semper, ac ex labore vivens suo: nam
tironibus de provincia Grammaticam,
deinde Logicam tradebat: quod egit us-
que ad vicesimum ætatis annum. Car-
melitarum Præses, sive Prior cum Pro-
fessore juvenem, cujus peritiam videbant,
Lactoram duxit: ubi hic docuit biennio.
Tum Carmelitarum Condomiensium Præ-
ses, qui subtilitatem ingenii, & morum
puritatem in homine miratus fuerat, per-
ductum ad suos Ordinis veste induit.
Nuncupavit solennia Petrus vota, &
post quinquennium est sacerdotio inau-
guratus.

Parisiis exinde missus post annos de-
cem ibi primam Theologiæ lauream ac-
cepit. Suam in provinciam cum rediis-
set, factus Procurator Ordinis ad Roma-
nam curiam, nempe Avenionem venit;
ubi agebat Ordinis Præpositus Genera-
lis: qui statura parvum, nec oris specie
magni quidquam indicantem sistere Car-
dinalibus erubuit. At Cardinalis Tale-
randus esse virum præstantem ac suum
popularem audiens voluit eum videre,
atque in prandium adhibuit. Quo finito
agitabatur quædam quæstio ex more
Cardinalium: & Frater Petrus Thomas
doctrinæ ac perspicaciæ suæ tanta da-
bat specimina, ut posthæc Romana Curia
Histor. Eccles. Tom. XXIV. K ejus

Sæcul. XIV.

A.C. 1256.

ejus conciones æque ac disputationes admiraretur.

Tandem urgente Cardinali Petrocoricensi comitia Carmelitarum generalia statuerunt, ut Petrus Thomas Parisios iret studiorum curriculum confecturus, ut Theologiæ Doctor evaderet. Ivit proinde, ac libros divinos suo in cœnobio explicabat. Non quidem poterat secundum leges Universitatis designari Doctor, nisi quinque insuper annis docuisset: at præter morem anno tertio per suffragia Doctorum, quibus cognita erat Viri eruditio, Theologiæ insignia obtinuit. Mox repetiit Avenionem: ubi sacrum Oratorem pontificium, & in Romana curia Theologiæ Professore agebat. Duas sæpe aut tres conciones eodem habens die generalem Cardinalium ac Præfulum existimationem collegit, ita, ut cœnobio suo largissimam stipem accerferet. E suggestu verba faciens nemini parcebat, ne Papæ quidem: plerumque in sermone medio movebat risum: sed & lacrymas ciebat; ac in fine auditores cunctos remittebat in sententiam pertractos suam, & solatio perfusos. Hæc omnia sunt facta sub Clemente VI.

e. 3.

Papa Innocentius VI Thomam legavit ad Ludovicum Neapolis Regem, ac Joannam hujus conjugem. Postea Imperatori Carolo IV Italiam ingresso Thomam

nam ut Nuncium suum obviam ire iussit. Sæcul. XIV.
 Tum eundem misit ad Stephanum Ra- A. C. 1356.
 sciæ Regem, qui se a Græcorum schis- Rayn. 1354.
 mate ad Romanam Ecclesiam transitu- n. 28. 29.
 rum Papæ per Legatos indicaverat: ut
 docet hujus responsio 24 Dec. anno 1354
 data. Et quia hæc legatio Imperatoris
 ac Regis intererat, poscebatque illustrem
 Præfulem; Innocentius Thomam Pacten- Sicil. sat. 10.
 sem in Sicilia Episcopum declaravit per r p. 402.
 diploma 16 Nov. eodem anno scriptum. Boll. p. 998.
 Hic operam lusit apud Serviæ Regem, vit. Inn.
 qui se ad Papam non verterat nisi ob spem p. 347.
 auxilii contra Regem Hungariæ. Cæ-
 terum fortem animum exhibuit Thomas,
 dum recusabat osculari pedem Regis,
 ac spernebat præceptum, quo is subje-
 ctos sibi vetuit adesse Legati sacrificio,
 alioquin oculis privandos. Dein ad Ve- c. 4. Boll.
 netos & Ludovicum Hungariæ Regem
 missus est Thomas: verum res e sen-
 tentia non successit. Talis erat Pacta-
 rum Episcopus, quando Constantinopo-
 lim legabatur.

§. XXXI.

Venetis constringitur Inquisitio.

Michaël Pisanius ex Ordine Prædica- Vad. 1356.
 torum Inquisitor Venetus aliquot n. 12.
 Judæos remisso fidei catholicæ, quam
 diu professi erant, nuncio etiam hæreses
 K 2 ample-

Sæcul. XIV. amplexos carceri addixerat. Obstabant
A.C. 1256. ministri quidam Ducis Joannis Gradonici:
 & correptos Inquisitoris domesticos omnes quæstioni subiciebant, eos, cum hæreticos illos comprehenderent, de ipsorum bonis aliquid occupasse causati.

n. 13. 14. Sc. Inquisitor id Papæ conquestus est: qui Ducem per litteras 1 Maji anno 1356 scriptas oravit, ut ne impediret exercitium inquisitionis, quæ potius adjuvanda esset. At cum res duceretur longius, Michaël, ut eam urgeret, Avenionem ipse petiit. Vita interim functo Duci Gradonico Joannes Delfinus successerat: cui Papa per epistolam 17 Sept. eodem anno datam gratias egit pro præsidio, quod Inquisitori Michaël Pifanio ferret: quod indicat, jam sublatam fuisse controversiam.

§. XXXII.

Bertholdus hæreticus Spiræ concrematur.

Chr. Hirs.
20. 2. p. 231.

Spiræ Inquisitores jusserunt capi Bertholdum quendam spargentem hos errores: Christus in suis cruciatibus se sensit a Patre suo ita derelictum, ut valde ambigeret, utrum anima sua obtineret salutem perpetuam, an damnaretur. In eodem statu ob doloris vehementiam male precatus est sanctæ Virgini Matri suæ,

suæ, ac terræ suam haurienti sanguinem. **Sæcul. XIV.**
A. C. 1356.
 Homo in hac vita potest tantam assequi perfectionem, ut precibus, aut jejuniis non habeat opus amplius, eique nihil vitio detur. Precatio, quæ voce fit, est inutilis ad salutem: sufficit precatio mentis. Homo profanus in libris hospes ac peregrinus, sed illustratus a Deo potest aliis, sibi que ipsi prodesse magis, quam Sacerdos litteratissimus, vel si Doctor sit. Major fides ac obedientia debetur concionibus & documentis hujus laici sic illuminati, quam Evangelio, scriptisque Doctorum omnium. Homo pius solito utens victu suo potest acquirere tantundem gratiæ, quantum accipiendo corpus & sanguinem Christi.

Hæc octo puncta comprehendunt præcipuos Bertholdi errores; quibus jungebat permultos alios. Tradebat eos secreto simplicibus Wurzeburgi primum, postea Spiræ: ubi detectus captusque publice interrogabatur ab Inquisitoribus, aliisque viris doctis; & convictus fatebatur errores suos. Rogatus, an eos deponere, ac fidem Ecclesiæ amplecti vellet, reposuit: Mea fides est donum Dei: quapropter ab ea desciscere nec debeo, nec volo. Sic obstinatus animo traditus Justitiæ, damnatus ad rogam, & combustus est hoc anno 1356.

p. 232.

Sæcul. XIV.
A. C. 1356.

§. XXXIII.

Frater Joannes Rupicæsius fanaticus.

C Nang. p. 822. I. Vita Innoc. p. 331. Et not. p. 942. Froiss. l. I. c. 211.

Interim Avenione Papa in carcere tenebat quendam fratrem Minorem Joannem Rupicæsium e cœnobio Auriliacensi, qui se gerebat pro Vate sacro, & multos prædicebat eventus, se divino spiritu afflatum perhibens. Moribus erat puris, ac versatus in sacris litteris, simulque in profanis scriptoribus: & vero satis honeste asservabatur. Anno 1356 Cardinalis Raymundus Caniliacensis Archiepiscopus Tolosanus Avenione commorans eum scripto rogabat, quamdiu duratura essent bella tum Galliam agitantia? Frater Joannes respondit: Tuum scriptum, si ausim dicere, Deum graviter lædit: cum præter illum nemo præscire possit, quod quæris. Non sum Vates divinus: sum miser homuncio peccans; & quæ assero, non dico ex meo cerebro, sed solum per intelligentiam sacerorum Vatum. Hæc bella durabunt & crescent ad cœlum usque: quidquid adhuc videmus, parum est. Tota orbis facies mutabitur: ubique brevi regnabit tyrannis: multi potentes Viri exuentur suis dignitatibus, & crudeliter in urbibus

neca-

necabuntur. Alieni a fide Christiana La- Sæcul. XIV.
 tinorum regna invadent: flagellum An- A. C. 1356.
 glorum aggravabitur, donec omnes regni
 partes perculerit. Aiebam id publice
 abhinc annos viginti & amplius: ideo
 infanus habebam. Ad Ecclesiæ reditus
 quod attinet: quamprimum perdentur:
 Clero eos adiment populi, & vix relin-
 quent, unde vivat. Romana curia ex
 urbe cumalata vitiis Avenione aufugiet,
 antequam sex anni effluerint. Videbi-
 mus falsitatem adscripti temporis: & ec-
 ce specimen oraculorum fratris Joannis
 Rupicæsi!

§. XXXIV.

*Cleri Gallici querelæ de imperatis
sibi decimis.*

Rex Joannes bello Anglorum pressus
 premebat suam gentem tributis, Cle-
 rumque ipsum decimis. Papa Innocen- M. VIII. 16.
 tius illi hanc in sententiam scripsit: Ro- c. 18.
 manam ad Curiam delatæ sunt querimo- Rayn. 1356.
 niæ, quod e Ministris tuis aliqui Cle- n. 5.
 rum regni tui ad solvendam reditus an-
 nui decimam compellere velint, præte-
 xentes consensum paucorum Præsu-
 lum, quibus reliqui nullam dederant po-
 testatem; præterquam quod id eis non
 liceret sine permissu Supremæ Sedis.

K. 4.

Insu-

Sæcul. XIV
A.C. 1356
Infuper hæc decima tam duriter exigi fertur, ut, si quis eandem non pendat seu inopia, seu religione impeditus, tui Prætores ejus bona occupent, ac tibi tradant, ita, ut Clerici sic vexati, & vitæ subsidiis destituti templa & beneficia sua relinquere cogantur.

Finit exhortando Regem, ut res tam indignas omitti jubeat, audiatque monita duorum Cardinalium ipsius Nunciorum Talerandi Episcopi Albanensis, & Nicolai Capochii. Dabat 3 Septembris: ac die lunæ 19 ejusdem mensis Rex Joannes captus est in proelio Pictaviensi, ad quod Valliæ Principem adegerat; etsi summopere repugnabant duo Nuncii ad pacem conciliandam missi. Rex captivus Burdigalam, & inde in Angliam vehabatur.

Froiss. l. x.
c. 161. 164.
165.

Rayn. n. 7.

§. XXXV.

Creantur Cardinales.

Sub finem hujus anni, scilicet die Veneris 23 Decembris Papa Innocentius decrevit sex Cardinales. Primus erat * de la Forêt Petrus * Sylvius tunc Archiepiscopus Rothomagensis, & Franciæ Regis Cancellarius. Natus in Cenomania post humaniores litteras & Philosophiam didicit Jus tam Civile, quam Canonicum, quod Aureliæ & Andegavi cum nominis cele-

Vita l. 1.
p. 331.
not. p. 931.

celebritate docuit. Dein Parisiis causas ^{Sæcul. XIV.}
 egit eo successu, ut Regis Philippi Valesii ^{A.C. 1356.}
 Advocatus fieret. Habebat tum tem-
 poris multa beneficia, septemque nume- ^{Dubois Eccl.}
 rantur; quorum præcipua sunt sacra ^{Paris. to. 2.}
 præfectura Varennensis in templo S. Mar- ^{p. 640.}
 tini Turonii, canonicatus Ecclesiæ Ro- ^{Pomer.}
 thomagensis, & alter Parisinæ. Cum ^{Rouen p. 514}
 Principis Joannis tum Normanniæ Ducis
 Cancellarius, & 14 Julii an. 1349 Torna-
 censis Episcopus evasisset; sequente an-
 no Cancellarius Regis Philippi, & post-
 modum Regis Joannis fuit renunciatus.
 Anno 1351 a Papa Clemente VI ad se-
 dem Parisinam Alduino Audeberto An-
 tiffiodorum traducto vacuam, ac deni-
 que post Joannis Marennini mortem men-
 se Decembri obitam mense Januario an-
 ni 1352 ad metropolitanum solium Ro-
 thomagense translatus est. Parisiis Joan-
 nem Mellentinum antea Noviodunen-
 sem Episcopum, Rothomagi Guilielmum
 II Flarancurtium successores habuit: huic
 enim urbi, & archidiecepsi longam sa-
 lutem dixit; postquam appellatus erat
 Cardinalis Presbyter de duodecim A-
 postolis.

Secundus fuit Elias Iteriofanensis E-
 piscopus Vectianus. Iteriofani in agro
 Lemovicensi ortus, cum Ordini S. Bene-
 dicti dedisset nomen, anno 1335 a Be-
 nedicto XIII Salmurinus ad S. Floren-
 tium

Sæcul. XIV. tium Abbas, & Apostolicæ rei tabulariæ
A.C. 1356. Auditor; an. 1345 a Clemente VI Ve-
Gall. Chri. ctianus post Guilielmum Mandagotum E-
to. 3. p. 1147. piscopus, nunc ab Innocentio Cardinalis
 Presbyter de S. Stephano in monte Cæ-
 lio est declaratus.

Bal. p. 933. Tertius, Franciscus Tudertinus Italus,
 tum Episcopus Florentinus. Primo Cor-
 finii prope Sulmonem, anno 1348 Clusii,
 an. 1353 Montis Cassini, post biennium
 huc Florentia translato Angelo Accia-
 jolo istius urbis Præsul per Innocentium
 VI, & modo Cardinalis Presbyter de S.
 Marco, & in Romana Ecclesia summus
 expiationum Præfectus designatus est.

Bal. p. 936. Quartus, Petrus Montiracius Papæ
 Innocentiî fororis filius in Lemovicensi
 tractu Donzenaci Brivam inter ac Ufer-
 cam natus. Anno 1356 ab avunculo suo
 Pompejopolitanus Episcopus dictus, sed
 non consecratus, eodem anno Cardinalis
 Presbyter de S. Anastasia, & post quin-
 quennium Ecclesiæ Romanæ Pro-Can-
 cellarius creatus fuit. Non numeratur
 inter Præsules Pompejopolis; licet inde
 cognomen traxerit: sed cum Arnaldus
Sandeval. Barbazanus hoc anno vitam posuisset,
catalogo. successit ei Michaël Sanctius Assianus e-
fol. 100. 101. lectus hoc ipso anno, & a Papa confir-
 matus.

Bal. p. 941. Quintus, Guilielmus Farinarius tum
 Ordinis Minorum Minister Generalis.
 Gurelo-

Gurelonii Cadurcina in diocesi ortus, *Sæcul. XIV.*
 postquam Tolosæ anno 1344 Theologiæ *A. C. 1356.*
 insignia acceperat, sequente anno ut Fra-
 trum per Aquitaniam Minister Provin-
 cialis in monasterio Figiacensi Joannem
 Rupicæsium carceri mandavit. Anno
 1348 in comitiis Veronensibus ad cla-
 vum totius Ordinis admotus anno 1351
 Lugdunensia, & anno 1354 Assisina obiit.
 Tandem Cardinalis Presbyter de S. Mar- *Vading.*
 cellino nominatus est, ita ut Ordini suo *1356. n. 21.*
 præesset usque ad proxima comitia ge-
 neralia. Anno 1357 accepit a Papa prio-
 ratum Benedictinum abbatiae, quam Man-
 sum Afilii vocant, obnoxium.

Sextus, Nicolaus Rosselius Catalanus *3. Vita*
 Ordinis Prædicatorum per Arragoniam *p. 329.*
 Magister Provincialis, & Inquisitor, Do-
 ctorque Theologiæ. En sex Cardinales
 mense Decembri an. 1356 pronunciatos!
 Quia primus & ultimus aberant, difficul-
 tas erat in modo tribuendi eis petasi.

Etenim duo Cardinales in Francia
 & apud Regem captivum Nuncii Papam
 per litteras orabant, ut venire Burdiga-
 lam liceret Petro Sylvio, novo Collegæ
 suo, qui una cum ipsis Regem juvaret
 consiliis, & hujus libertati studeret: at-
 que ne dignitate inferior ipsis videretur,
 petebant, ut ruber illi petasus mittere-
 tur. Papa respondit: Postquam episto- *Rayn. 1357.*
 lam vestram nostris cum Fratribus lege- *n. 2.*
 ramus,

Sæcul. XIV. ramus, censebant fere omnes, mori veteri non esse derogandum. Nos autem
A.C. 1357. temperamentum attulimus, & Pictavos suum Cardinali petasum duximus mittendum ea lege, ut illo tunc solum uteretur, si fidei publicæ testes litteras, & libere ad Regem commeandi copiam obtinuerit. Hanc in sententiam nostros pertrahere Fratres cum nequiremus, hunc petasum cogitavimus Burdigalam ad vos mittere tradendum Cardinali, si Regem adire posset. Dabat Calendis Februariis anno 1357.

Id. 1356.
n. 41.

Etiam Rex Arragonum rogavit Papam, ut petasum Cardinali Nicolao Roselio mitteret. At renuit Innocentius: Regique a Petro Sylvio exemplum capienti monstravit differentiam in eo sitam, quod is Franciam inter & Angliam pacem curaret. Reapse Burdigalam transiit, & hinc in Angliam cum duobus Nunciis: sed mense Augusto hujus anni re infecta inde revererunt.

M. Vill. 1. 7.
s. 95.

§. XXXVI.

*Disceptatio inter Clerum & FF.
 Mendicantes.*

In Anglia hoc tempore nata est magna controversia Clerum secularem inter & quatuor Ordines Religiosorum Mendicantium

cantium. Clerum ducebat Richardus
 Fixeraldus, seu Filius Radulphi Archie-
 piscopus Armachanus, & Hiberniæ Pri-
 mas. Ortus Dundalci parva ejusdem in-
 sulæ urbe, ubi ejus memoria etiam num-
 colitur, Archidiaconum primo Lichfeldia-
 num, deinde Universitatis Oxoniensis
 Cancellarium egerat. Cum Archiepis-
 copus evasisset, negotium Mendicantibus
 Religiosis faceffere orsus, in Angliam u-
 bi Clerus eos jam impugnabat, transiit.
 In Londinensi templo S. Pauli contra
 eosdem quasdam habuit conciones, ibi-
 que aduersus Rogerium Chonocum Or-
 dinis Minorum per Angliam Ministrum
 Provinciale[m] disputavit. Interea cœno-
 bii Armachani Custos (Guardianum vo-
 cant) ad Papam provocans Archiepisco-
 pum citavit Avenionem: quo hic reip[s]a
 se contulit anno 1356. Papa rem discu-
 tiendam commisit quatuor Cardinalibus,
 nempe Guilielmo Curtio Episcopo Tus-
 culano ex Ordine Cisterciensi, Petro Cro-
 sio de S. Martino in *Montibus*, Eliæ Ite-
 riofanensi Ordinis Cluniacensis, & Fran-
 cisco Tudertino Summo expiationum
 Præfecto.

Archiepiscopus Avenione suam ora-
 vit causam in præsentia Papæ, Cardina-
 lium ac Præfulum 8 Nov. 1357, & ser-
 monem instituit longissimum: summam
 hujus accipe! Primum assevero me non
 petere

scul. XIV.
 A.C. 1357.

I. Vita Inn.
 p. 338. 950.
Valsing.
 p. 173.
Vad. 1357.
 n. 3.

Sæcul. XIV.
A.C. 1357.

Golet. Mo-
narch. to. 2.
p. 1392.
Duboulat.
to. 4. p. 336.

petere suppressionem Ordinum Mendican-
tium, sed solum, ut revocentur ad pri-
mitivam puritatem suam. Ob quædam
Ecclesiæ meæ Armachanæ negotia Lon-
dinum profectus, ibi Doctores satis ido-
neos inveni disputantes adversum illos de
paupertate Christi: atque ut e suggestu
ad populum dicerem, sæpe invitatus se-
ptem aut octo conciones lingua vulgari
habui versantes in novem conclusionibus,
ob quas hi Fratres appellarunt ad Sum-
mam Sedem.

Illæ propositiones ita sonant: Chri-
stus per mortalem vitam suam semper
fuit inops: sed nunquam mendicavit ul-
tro, nec suos mendicare jussit: immo id
non faciendum docuit. Nemo potest
prudenter & sancte se adstringere ad
mendicationem voluntariam & perpe-
tuam: nec hanc præcipit regula Minorum.
Papæ Alexandri IV litteræ Doctorum
scriptum condemnantes nullam ex his
propositionibus oppugnant. Christiani
potius Parocho suo in parœciæ templo,
quam Fratribus in sacello noxas confite-
ri debent. En sanctissime Pater! en pro-
positiones, quas in meis sermonibus de-
fendi, & juvante Deo etiamnum tueri
volo.

Tum Richardus in demonstrationem
ingrediens, initium ducit a duabus ulti-
mis propositionibus, quæ contingunt
Men-

Mendicantium privilegia, tanquam ma-
 teriam, quæ maxime interfit totius Ec-
 clesiæ, & tam populi, quam Cleri. Con-
 tendit igitur tutius esse ac utilius, si suo
 quisque Parocho confiteatur. Credo,
 ait, quotannis in diœcesi mea dari bis
 mille devinctos pœnis anathematum ge-
 neralium in authores incendiorum, alios-
 que similes. Vix quadraginta eorum ad
 me, vel illos, quos expiationibus præ-
 feci, veniunt: omnes tamen accipiunt
 Sacramenta, & a Fratibus absolvi dicun-
 tur. Addit: Homo privatus suspicari
 potest, eos inopiæ suæ levamen quærere
 audiendo confessiones, & tota pro pœna
 stipem in rem suam imponere. Revera
 ex quo tempore Fratres confitentibus o-
 peram dandi potestatem obtinuerunt, ubi-
 que cœnobia condiderunt palatiis similia;
 quod antehac facere nequibant: nec au-
 ditum est unquam, eos stipem impe-
 rasse pro reparando templo parœciæ, aut
 via communi, vel ponte aliquo. Sed &
 suo tantum quisque Ordini eam applicat:
 nec Franciscani ullam Dominicanis com-
 parant.

Adjungit Præsul: Abusus privilegio-
 rum, quæ Fratibus concessa sunt, multa
 alia incommoda Clero accivit. Confi-
 tentur illis plerique adolescentes, sive U-
 niversitates adierint, sive apud parentes
 hæreant suos. Munusculis eos aliisque
 artibus

Sæcul. XIV.

A. C. 1357.

p. 1393. l. 55.

p. 1395.

p. 1397. l. 54.

Sæcul. XIV.
A. C. 1357.

artibus Fratres in suum inducunt Ordinem, cum ætatis maturæ homines sic attrahere nequeant. Tum vero juvenes illos non pedem efferre foras, non parentibus loqui sine testibus sinunt, donec solennia vota voverint. Quæ res multos in Anglia patres a filiis ad litterarum studia mittendis absterret magno Cleri damno. Meo ipsius tempore, ne longius retro eam, Oxonium tricies mille discipulos habebat; nunc autem non sexies mille numerat. Præterea Fratres adeo sunt aucti, ut in Universitatibus vix empossit ullius facultatis liber egregius: cunctos illi coëmunt, atque in quovis cœnobio insignem & amplam bibliothecam tenent.

p. 1400. l. 30.

Haud immerito dixerim speciatim Fratres Minores a severitate suæ regulæ recessisse comparando sibi potestatem concionandi, audiendi confessiones, & dandi sepulturas: unde percipiunt commoda, quibus antea carebant. Insuper

p. 1401. l. 35.

Sup. lib. 78.

§. 31.

Sup. lib. 79.

§. 24. 26.

S. Franciscus in suo testamento prohibet, ne per causam spargendi sementem verbi divini ullas a Romana curia litteras poscant: igitur obedientiam violarunt postulando hæc privilegia, quæ ipsorum precibus data dicuntur in diplomate. Reponent forsitan hoc testamento se non teneri secundum declarationem Gregorii IX: sed eam monstrare nequeunt. Ri-

chardus

chardus de hoc facto perperam edoctus
erat: & nos habemus illam declaratio-
nem an. 1230 scriptam.

Sæcul. XIV.

A.C. 1357.

Vad. 1230.

n. 14.

Postquam differuit de privilegiis, ad
probandas priores septem propositiones
suas procedens ait: Inter partes conve-
nit, Christum semper fuisse pauperem:
tantum est quæstio, an ei paupertas ob
se ipsam in amore fuerit? quod fieri po-
tuisse nego: cum sit malum ac effectus
peccati. Pergit ostendere, Christum nul-
lo unquam verbo aut facto docuisse
mendicationem. Verum subtilia magis
quam solida sunt ejus argumenta: & suf-
ficit negare factum, quod nemo demon-
strare potest. Insistit etiam testamento
S. Francisci; & quærit, qua fronte Fra-
tres Minores colligere stipem queant post
adeo clarum laborandi præceptum?

p. 1305. l. 35.

Hic sermo, qui est inscriptus Defen-
sio Parochorum contra illos, qui se privi-
legiis affectos dicunt, oblatus fuit Cardi-
nalibus, nimirum iis (sic intelligo) qui-
bus Papa rem demandaverat. Doctor
Rogerius Chonocus Anglus ex Ordine
Minorum ejus exemplar nactus reddidit
responsum, quod inscribitur Defensio Re-
ligiosorum Mendicantium: ubi duntaxat
quæstionem de privilegiis, ac explicatio-
nem capituli *Omnis utriusque sexus* tractat, *Sup. l. 92.*
innitens maxime decretali Joannis XXII §. 54.

p. 1410.

Hist. Eccles. Tom. XXIV.

L Vas

Secul. XIV. *Vas Electionis* contra errores Doctoris
A.C. 1358. Joannis Poillii.

Vad. 1357.
n. 7. 8.

e. 5.

Vad. p. 173.

Cum lis in Romana curia propemodum anni spatio hæssisset, Papa Innocentius ad cunctos Angliæ Præsules misit decretum tantummodo interpositum, ubi, ait: Prohibemus, ne inter hanc actionem turbetis Fratres Mendicantes in possessione facultatis sedendi pro tribunali sacro, concionandi, dandi sepulturam, & accipiendi stipem. Nec tamen ullum hac de re præjudicium facere, vel novare aliquid durante lite volumus. Dabamus Avenione 1 Oct. anno sexto pontificatus nostri, scilicet anno Christi 1358. Lis non est decisa firmiter: Archiepiscopus causam, & curiam Romanam relinquere cogeatur; cum præmissum sibi a Clero Anglico subsidium haud obtineret amplius: & interim Fratres Mendicantes confirmationem suorum privilegiorum per litteras recentes a Romana curia magnis largitionibus impetrabant. Ita rem narrat Thomas Walsinghamus Benedictinus in Anglia Monachus scriptor coævus. Archiepiscopus Armachanus delatus in Belgium, probabiliter, ut in Angliam rediret, Montibus in Hannonia diem obiit sub finem sequentis anni 1359.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

*Principes Religiosis Mendicantibus se
adjungunt.*

Sub illud tempus Ordinum Mendican-
tium instituta complexi sunt magni
duo Principes, Petrus Arragonius, & Ca-
rolus Alenconii Comes. Ille parentes
habuit Jacobum II Arragoniæ Regem,
& Blancam Siculam Regis Caroli II fi-
liam ac sororem S. Ludovici Tolofani E-
piscopi. Erat Comes Ripæ Curtiæ, du-
xitque Joannam Rogerii Bernardi Comi-
tis Fuxensis filiam, ex qua liberos qua-
tuor suscepit. Anno 1343 prope Tarra-
conem condidit pauperum diversorium
publicum, quod vocatur hospitalis do-
mus Principis. Conjuge mortua sub an-
no 1358 inter tres filios sua partitus
bona, Valentiae apud Fratres Minores as-
sumpta veste monastica ante completum
tirocinii annum gratiam legis faciente
Papa S. Francisci regulam solemniter est
professus coram multis Nobilibus; &
minimum viginti annos postea vixit.

Carolus Alenconii Comes erat pa-
truelis Regis Joannis, utpote filius alte-
rius Caroli, qui Philippo Valesio gaude-
bat fratris, postea in Cressiacensi prælio ne-
catus anno 1346. Hujus, inquam, fi-

L 2

lius

Sæcul. XIV.

A. C. 1358.

Vit. PP. to. I
p. 342. 967.

Vad. 1358.

n. 2. 3.

Blanca.

p. 664.

Vad. 1380.

n. 27.

Secul. XIV.
A. C. 1359.

Bzov. 1359.

n. 12.

Rayn. eod.

n. 1.

lius natu major, de quo agitur, in ipso ætatis flore Ordini Dominicano nomen dedit moerente matre sua Maria Hispanica: quæ Papæ per litteras exposuit, ex Principis abitu totum agrum Alenconensem manere obnoxium gravissimis damnis & cladibus; si spectarentur turbæ ac bella tunc in regione grassantia: se proin orare, ut Papa ærumnas averteret. Is Joannem Montis Ferrati Marchionem per epistolam rogavit, ut injectam Carolo mentem probe perquireret, confirmaretque magis, si esset solida; sin levitas juvenilis, eum reduceret. Dabat 23 Jun. an. 1359. Perseveravit Carolus, & postmodum evasit Archiepiscopus Lugdunensis.

§. XXXVIII.

Subsidium Papæ denegat Germania.

2. Vit. Inn.
p. 350.
Chr. Hirs.
p. 234.

Die sabbati 14 Oct. 1357 Papa Innocentius Philippum Cabassolum Episcopum Cabellionensem in Germaniam miserat, ut decimum denarium de cunctis proventibus ecclesiasticis colligeret in augmentum ærarii Apostolici. Ob petitionem hujus subsidii extraordinarii Clerus trium provinciarum Coloniensis, Trevirensis, & Moguntinæ cum Abbatibus multis congregatus communi voce statuit Papæ nihil largiri: & hoc responsum

sum Nuncio Philippo, qui tum Moguntia^{Secul. XIV.} agebat, reddidit. Mox dein datis ad ^{A. C. 1359.} reliquas Germaniæ provincias litteris Clerum omnem, cunctosque Monachos ad suam perduxit sententiam: quin etiam ad Papam causas recusationis perscripsit. Qui discordiam in Ecclesia veritus rem silentio prætermisit.

At Imperator Carolus ob hanc Papæ postulationem cunctos Imperii Principes Moguntiam convocavit anno 1359. Multi eo venerunt, inter alios Bavariæ ac Saxoniarum Duces. Auditus ibi Nuncius Papæ postulatum illis persuadere studuit. Quid ei responderetur, consultare iussi Viri doctissimi; quorum in numero erat Conradus Alzejanus Ruperti Comitis Palatini Cancellarius, quem pro Clero dicere volebant Principes. Igitur in medio conventu sermonem habuit, cujus hæc est summa:

Romani Germaniam semper pro aurifodina habitam exhauriendi modos varios invenerunt. Quid dat huic regno Papa nisi verba & litteras? Cuncta conferat beneficia! sed horum reditus relinquat iis, qui hæc administrant! Satis pecuniæ mittimus in Italiam pro mercibus, & Avenionem pro nostris filiis ibi discentibus litteras, aut petentibus beneficia, ut ne dicam, ementibus. Nemo vestrum, o Principes, ignorat, ex Germania

Saecul. XIV
 A. C. 1359. mania quotannis ad curiam Papæ ma-
 gnam auri & argenti vim deferri pro con-
 firmandis Præsulibus, impetrandis bene-
 ficiis, decidendis litibus, admittendis
 appellationibus ad sacram Sedem; pro
 legum laxamentis, absolutionibus, in-
 dulgentiis, privilegiis, cæterisque gratis.
 Ab omni vetustate Archiepiscopi ratas
 habebant electiones Suffraganeorum
 Præsulum: Joannes XXII fuit, qui hoc
 illis jus ætate nostra per vim eripuit. Et
 ecce! Papa insuper a Clero subsidium
 novum & inauditum exigit, censuras mi-
 nitans iis, qui obsisterent, aut non pare-
 rent. Obstate principiis mali hujus; nec
 imponi vobis tam probrosæ servitutis
 jugum sinite!

Postridie Imperator ac Principes ac-
 cito Nuncio respondebant, Clerum haud
 posse pendere subsidium tam extraordi-
 narium; ac præcipue Carolum indigna-
 ri hoc onus a Papa Germanis potius,
 quam reliquis Europæ gentibus injun-
 ctum. Commotus itaque agebat: Do-
 mine Præsul! Cur Papa tantum pecunie
 a Clero poseit, nec eum corrigere co-
 gitat? Vides, quam ducat vitam; quan-
 ta sit ejus avaritia, superbia, luxus, &
 mollitia.

Sup. §. 20. Hæc loquens observabat in conventu
 Conradum Falkensteinium Canonicum
 Moguntinum, qui fuerat Adjutor Archie-
 piscopi

piscopi Henrici; & postea evasit Archie-^{sæcul. XIV.}
 piscopus Trevirensis. Gerebat tegmen A.C.1359.
 capitis magnificentum, auro gemmisque or-
 natum: quod Imperator imponens sibi
 dabat Conrado suum nudo ex panno con-
 stans. Tum ad Principes conversus,
 Quid videtur vobis, inquiebat: nonne
 per hoc tegmen Equiti quam Canonico
 similior sum? Et suum repetens ad Ger-
 lacum Archiepiscopum Moguntinum di-
 cebat: Per fidem nobis debitam impe-
 ramus tibi, ut Clerum tuum secundum
 Canones emendes. Rebellium ac inob-
 sequentium fructus annuos occupabis no-
 stro addicendos fisco: immo, si opus erit,
 carceribus mandabis refractarios. Ea-
 dem mandabat cæteris regni Episcopis.

Nuncius Philippus accepta hac repul-
 sa Clerum Germaniæ in Papam con-
 spirasse videns, post dies octo cum suis
 domesticis Rheno descendit Coloniam;
 unde Avenionem rediit. Papa rem edo-
 ctus ne profusus nihil acciperet, per totam
 tere Germaniam misit nuncios, qui dimi-
 dios fructus omnium beneficiorum tunc
 vacantium, & quæ vacarint intra bien-
 nium, colligerent ærario Apostolico re-
 servandos.

Germanici Cleri vita licentior ex par-
 te provenit civilibus a bellis & schismate,
 quod fovit Ludovicus Bavarus. Malo
 remedium allaturus Carolus Imperator

Sæcul. XIV. ea, quæ in comitiis Moguntinis ore præ-
A.C. 1359. ceperat, insuper scripsit Episcopis, mini-
 -tans se proventus ecclesiasticos per Prin-
 cipes profanos in sequestro poni jussurum.
 Tum Papa 20 Aprilis litteras ad eum ta-
Rayn. 1359. les dedit: Laudamus tuum pietatis stu-
n. 11. dium. Sed cave, ne id, quod bono agis
 animo, officiat dignitati Sacræ Sedis, ac
 libertati ecclesiasticæ. Igitur oramus, ut
 a comminationibus sequestri abstineas;
 atque si quem effectum habuerunt, rem
 in statum pristinum restituas. Præfules
 vero, quos maxime idoneos censueris,
 excita, ut contra talem Clerum munere
 fungantur suo. Idem nos eis inculcabi-
 mus.

Papa reapse 29 ejusdem mensis ad
 Archiepiscopos Moguntiaë, Trevirorum,
 Coloniaë, Bremæ, ac Salisburgi scripsit
 in hanc sententiam: Ut nuperrime audi-
 vimus; in Germania complures Eccle-
 siastici, etiam Episcopi quidam suis ob-
 sequentes animis imitantur homines pro-
 fanos, participant ludos Trojæ, seu eque-
 stris pugnaë simulacra, & alia exercitia
 militaria: gerunt vestes, calceos, & or-
 natus sibi prohibitos: & ita dissipant bo-
 na pauperum magna populi offensione.
 Idcirco vos jubemus hos errores in omni-
 bus Clericis cujuscunque gradus & di-
 gnitatis reprimere, curareque, ut status
 sui gravitatem ac modestiam colant. E-
 piscopos

piscopus quoque Suffraganeos vestros mon-
nebitis, ut obnoxii sibi Cleri moribus pa-
ri modo invigilent.

Sæcul.XIV.
A.C.1359.

§. XXXIX.

Imperatoria sanctio pro Clero.

Carolus ex parte sua pro conservandis
Ecclesiæ juribus sanctionem edidit
sequentem: Ut Moguntiaë, Coloniaë, ac
Magdeburgi Collegia Metropolitana no-
bis conquesta sunt: quidam Duces, Co-
mites, Barones, aliique Domini profani,
nonnulli Consules, ac Rectores urbium &
oppidorum contra Clerum ac ejus jura,
libertatem & privilegia fecerunt decreta,
edictaque; exempli gratia, ne bona pro-
fana transferrentur in potestatem Eccle-
siæ; ne Clerici majores nacti Ordines
admitterentur ad poscendum dicendum-
ve testimonium in rebus civilibus, præ-
sertim in causis piis; atque ne laici sa-
cra detestatione devincti ac denunciati a
foro profano arcerentur. Præterea hi
Domini, & hi Magistratus occupant de-
tinentque Clericorum bona; diminuunt,
& constringunt dona Christianorum; ex-
torquent tributa, & alias pensiones de
bonis ecclesiasticis; diripiunt, & incen-
dunt domos, ac prædia; recusant in acta
referre, ac sigillo munire pactiones legi-
timas Clericos inter laicosque conflatas;

Gold. constit.
to.2. p.92.

Sæcul. XIV.
A. C. 1359.

invadunt donata legataque ad sstructuras; & in cœmeteria templaque profugos inde abstrahunt. Quocirca præscripta illa omnia rescindimus: eaque revocare, ac supprimere jubemus cunctos harum provinciarum Magistratus & Dominos, alioquin ex Imperio pellendos in exilium. Statuimus etiam, ut quisquis Sacerdotem aut Clericum ad pugnam provocarit, comprehenderit, aut detinuerit in carcere, spoliarit, occiderit, vel mutilaverit, ultra pœnas canonicas declaretur infamis, ac exclusus quolibet Nobilium conventu. Dabat Pragæ 13 Oct. 1359. Indictione duodecima.

§. XL.

Continuatur Petri Thomæ legatio.

Sup. §. 28.
Vitæ c. 5 ap.
Boll. 29.
Jan. 10. 2.
p. 1000.

Episcopum Pactensem Petrum Thomam Papæ Nuncium Constantinopolim primo, deinde in castra imperatoria delatum ibi magno exceptit honore Joannes Palæologus; & sumptus ei liberaliter suppeditavit: sed ad Papæ litteras tam cito non respondit rebus bellicis occupatus. Interim se Patriarchæ Græco, nempe Callisto Ecclesiarum concordie inimico alium suffici curaturum pollicitus, e Nuncii manu divinam accepit dâpem. Postea Constantinopolim reversus Papæ scripsit hunc in modum: Ecclesiam nostram

nostram cum sancta Ecclesia Romana re-
 conciliare studemus pro viribus: & Do-
 mino Petro tuo Nuncio respondimus, nos
 Ecclesiae Romanae morigeros, fideles, &
 addictos fore: sic inter manus illius co-
 ram Episcopis multis juravimus. At
 modo haud possum efficere, ut mihi sub-
 jecti omnes ei obtemperent: quia ne
 mihi quidem cuncti fidam praestant obe-
 dientiam: immo multi captant occasio-
 nem in me consurgendi: perficiam tamen
 omnia, si petita miseris auxilia. Tota
 familia mea jam a principio voluit Ec-
 clesiae Romanae morem gerere: qua in
 submissione mortuus est proavus meus.
 Intelligit abavum suum Michaëlem Pa-
 laeologum, qui fidem de integro dedit in
 concilio Lugdunensi. Joannes pergit:
 Ad te missurus eram meum filium Despo-
 tam (scilicet Manuelem) sed Nuncius id
 nunc quidem non expedire censuit. Il-
 lum brevi abiturum spero. Utinam ipse
 possem proficisci, tuae Sanctitati debitam
 exhibiturus reverentiam! A Patriarcha
 nihil metuet. In ejus sede collocabo alium,
 quem Ecclesiae Romanae fidelem scio.
 Gratias habeo, quod legaveris ad nos
 Virum tanta sapientia, & consilio praedi-
 tum. Solatio nos permulset, omnesque
 Graecos, & Latinos, quos documentis
 suis revocavit ad curam salutis, vel in
 virtute confirmavit. Dabat Constantino-
 poli

Secul. XIV.
 A.C. 1359.

Sup. lib. 86.
 §. 44.

Sæcul. XIV. poli in palatio Blaquernenfi anno mundi
A.C. 1359. 6866 (Christi 1357) 7 Novembris Indi-
 ctione undecima.

Vitæ c. 6.
p. 1001.

Nuncius Petrus Thomas Imperatore
 Joanne Palæologo valere juffo profectus
 in Cyprum advenit Famam Augustam.
 Rex Hugo Liciniacensis obviam factus
 humanissime receptum in urbem Nico-
 siam sedem suam deduxit. Ibi ægrotan-
 ti Petro cibos Regina suis præparabat
 manibus. Sanatus Hierosolymam tran-
 siit; obiit loca sacra; & de rebus divi-
 nis publice verba fecit, Saracenos neu-
 tiquam timens. Quod edoctus postea
 Sultanus Ægyptius Hierosolymæ Princi-
 pem (Emir vocabatur) securi, quod Pe-
 trum abire siverit, percuti jussit. Epis-
 copo dein Avenionem reverso tanquam
 compertæ virtutis ac doctrinæ Viro Pa-
 pa Innocentius per diploma 11 Maji an.
 1359 datum legationem per Cyprum, vi-
 cinasque provincias universalem detulit:
 atque ut ille dignitatem melius sustine-
 ret suam, eum transtulit ad Coronensem
 Moreæ cathedram propinquiorem pro-
 vinciiis legationis, ditioemque Pactana
 in Sicilia sede: cui Joannem Graffæum
 Ordinis Minorum imposuit.

Rayn. 1359.
n. 16.

Roccho Pier-
ro p. 40. 404.

Eodem die 11 Maji Papa Innocentius
 ad eundem Legatum, ad Constantinopo-
 litanum Patriarcham Latinum, ad Ar-
 chiepiscopos reliquæ Romanæ, Cypri,
 Cretæ,

Cretæ, Smyrnæ, ac illorum Suffraganeos Sæcul.XIV.
 alias dedit litteras, per quas eis expo- A.C.1359.
 nit Turcarum progressus terris Christia-
 nis vastitatem inferentium; ac præcipit,
 ut in eos bellum indicant sacrum. Hi Sup. l.94.
 Turcæ erant Anatolici: quorum Sulta- §. 28.
 nus secundus Urchanus Othmani filius
 decessit hoc anno 1359, Epochæ Arabi-
 cæ 761; postquam triginta quatuor an-
 nos regnaverat. Successit ei Morad, sive Potot sup.
 Amurat cognomine Algazius, seu Victor p. 44.
 gentium. Per triginta circiter sui regi- Bibl.Orient.
 minis annos longe in Europam suam pro- p. 624.
 tulit imperium; & alia inter loca Adria-
 nopoli an. 1360 potitus anno sequente
 inter Turcas militiam peditum statario-
 rum (Janissarios vocant) instituit.

Sub idem tempus e vita migravit Hu-
 go Rex Cyprius, successorem relinquens
 suum filium Petrum: qui per Legatos Rayn. 1360.
 duos Papæ obedientiam addixit suam: n. 13.
 ut docet responsum illi 28 Junii reddi-
 tum Villæ Novæ, quæ dicitur Avenio- n. 15.
 nensis. Novus Rex Petrus habebat ne-
 potem Hugonem nomine, filium Guido-
 nis fratris sui natu majoris ante patrem
 mortui. Juvenis Princeps coronam con-
 sequi Cypriam, & patruo præferri cupiens
 Papæ per Internuncium exposuit suum
 jus, seque staturum illius judicio promi-
 sit: Itaque Papa per epistolam 24 Maji
 datam Petrum, ut æquum se nepoti suo
 præbe-

Sæcul. XIV.

A.C. 1359

*Vit. c. 8.**p. 1004.**Mart. The-
saur. anecd.
to. 2 p. 846.
epist. 5. 6.*

præberet, monuit, pollicitus fore, ut jus utrique diceret, neutrius rationem habendo. Attamen Petrus a reverso in Cyprum Legato Petro Thoma, quem acceperat, inunctus solenniter, & coronatus est in cathedrali templo Famæ Augustæ. Interim Hugo erat Avenione apud Papam: qui ei munus Senatoris Romani contulerat: ut indicant duæ Summi Præfulis epistolæ 8 Jan. 1361 scriptæ, ad Romanos altera, altera ad Mariam Hugonis matrem, Constantinopolitanam Imperatricem honorariam.

§. XLI.

*Albatæ centuriæ per Galliam
grassantur.*

Eodem tempore Papa in omnem partem mittebat litteras, ut subsidia contra centurias Albatas obtineret: quæ res altius est repetenda. Commisso prælio Pictaviensi, ac Rege Joanne capto quamplurimi variis ex regionibus milites stipendiis fraudati suis, & unde in Francia viverent, ignari convenerant sub auspiciis Arnaldi Cervoli viri nobilis Petrocoricensis, ludicro cognomine Archipresbyteri. Primum Provinciam versus progressi occupatis ibi multis urbibus & castellis regionem totam diripuerunt anno

1357.

*Froiss. vol. I.**c. 177.**M. Vill. l. 7.**c. 87.**Vit. Innoc.**p. 334.**not. p. 946.*

1357. Papa hanc tempestatem in dies ^{saecul. XIV.}
 invalescentem venire videns, suos omnes ^{A. C. 1360.}
 armis accingi voluit: quos recognoscens
 comperit esse homines egregios ac nu-
 merosos. Inter hos recensuit quater
 mille Italos duplo plures caeteris. Dein
 Avenionem firmis moenibus munire coe-
 pit, nullam tunc aliam cautionem foris
 adhibens contra centurias Albatas: sic
 enim vocabantur.

Sed 8 Maji anno 1360 Bretiniaci
 prope Carnutum pace inter Franciam
 Angliamque confecta, illas centurias au-
 gebat ingens numerus dimissorum mili-
 tum, hominumque maleficorum per Gal-
 liam vagantium: etsi Rex Joannes edici
 curaverat, ut se disjungerent. Tum Cer-
 volus captum diripuit Fanum Spiritus
 Sancti urbem ad Rhodanum sitam, se-
 ptemque leucis distantem Avenione; u-
 bi consternati animis Papa & Cardinales
 sacrum imperabant bellum contra hos
 Christianos ethnicis pejores. Nec enim
 dubitabant vastare regionem, illico rapi-
 nas facere, violare, perimere viros, foeminas,
 ac liberos: & qui turpissima per-
 petrabat, maximi aestimabatur. Igitur
 sacrum Papa classicum cani, & absolu-
 tionem a poenis culpisque sponderi voluit
 iis, qui cruce induti suam periculis ob-
 jicerent vitam, ut gentem atrocissimam
 profligarent. Petrus Bertrandus Cardi-
 nalis

Sæcul. XIV. nalis Episcopus Ostiensis a purpurato
A.C. 1361. Collegio cooptatus in Ducem pii exerci-
 tus Carpentoractum ibat: ubi commo-
 rans recipiebat omnes, qui militiam cru-
 cis inire cupiebant. Sed cum præter
 noxarum veniam nihil acciperent; Lom-
 bardiam petebant alii; alii patriam repe-
 tebant suam; immo nonnulli se adjunge-
 bant Albatis centuriis, quæ nova quoti-
 die incrementa capiebant.

Thef. anecd. In principio anni 1361 Papa Innocen-
to. 2. p. 846. tius multas hac de re litteras dabat. O-
epist. 4. ctavo Januarii Ludovico electo Episcopo
 Valentino præcepit, ut pergeret indicare
 ipsi, quid agerent illæ centuriæ, usque
 quantum posset, obsisteret. Decimo e-
 jusdem mensis oravit Philippum Bur-
 gundiæ Ducem, ne illas transire per ter-
 ras suas sineret; certioreque fecit de
 promulgato in templis sacro contra eas-
 dem bello. Hic Dux Philippus cognomine
 Roburinus eodem anno decessit:

ep. 8.

Lab. Tabl. & in eo exaruit prima stirps Ducum Bur-
p. 130. gundiæ orta ex uno de filiis Regis Ro-
 berti. Papa similiter scripsit Reçtori Del-
 phinatus, Comiti Sabaudia, civitati E-
 bredunensi, Regi Joanni, Carolo ejus fi-
 lio natu majori Duci Normanniæ, Im-
 peratori Carolo IV, pluribusque aliis.

Rebd. 1361. Ineunte Martio ejusdem anni No-
 rimbergæ Imperatrix filium peperit, adeo
 exultante Carolo, ut ad ejus baptismum in
 eandem

eandem urbem conventum solemnem convocaret: cui Electores fere omnes intererant. Infans undecima demum Aprilis dominica secunda post Pascha, cum spatium menstruo majus ab ejus ortu effluxisset, sacro fonte aspersus Wenceslai nomen accepit. Sponsionem pro eo faciebant Archiepiscopi tres, sex Episcopi, & quinque Abbates, quatuordecim omnino Præsules. Natalitia solemnia per octo dies celebrata: allata ex Bohemia ornamenta imperatoria; & quæ pars eorum erant, reliquæ, inter alias instrumenta cruciatuum Christi: ea publice monstrata: promulgata, quam Innocentius dederat, noxarum veniæ equalis illi, quæ die Coenæ Domini Romæ conceditur: editæ equestres pugnæ ludicræ, multaque alia festæ lætitiæ testimonia: denique Imperator Aquisgranum ad Dominæ nostræ templum donomisit quindecim auri selibras, pusionis pondus exæquantas.

§. XLII.

Creantur Cardinales.

Eodem anno Avenionem pestis iterum invasit tam violenter, ut a Paschate, quod inciderat in vicesimum octavum Martii, usque ad diem festum S. Jacobi 25 Julii septendecim fere millia hominum

Id. p. 443.
Histor. Eccles. Tom. XXIV. M inte-

Sæcul. XIV. interimeret: quorum in numero fuere
 A. C. 1361. centum Episcopi, & novem Cardinales;
 scilicet Petrus Pratenfis, Ecclesiæ Roma-
 næ Pro-Cancellarius, ac Episcopus Præ-
 nestinus; Cardinalis Candidus, nempe
 Guilielmus Curtius; Petrus Bertrandus
 Columbarius Episcopus Ostiensis; Joannes
 Caramanius; Franciscus Tudertinus,
 quem Cardinalem Florentinum voca-
 bant; Bernardus Turrius; Guilielmus
 Farinarius, qui Ordinis Minorum Mini-
 ster Generalis fuerat; Petrus Crocius;
 ac Petrus Sylvius.

Horum jacturam refarturus Papa In-
 nocentius die Veneris, quo tertii trime-
 stris ecclesiastici jejunium colebatur, 17
 Sept. an. 1361 Cardinales octo declara-
 vit, Presbyteros quinque, ac tres Diaco-
 nos. Primus erat Fontanerius Vafallius
 tum Patriarcha Gradinus. In Cadurcensi
 agro natus S. Francisci regulam Gordo-
 nii amplexus erat. Dein Lutetiam mis-
 sus ibi Theologicæ doctrinæ lauream ob-
 tinuit anno 1333. Post decem annos e-
 lectus Ordinis sui Minister Generalis, 24
 Oct. 1347 a Papa Clemente VI designa-
 tus Archiepiscopus Ravennanus, exinde
 Gradum 20 Maji an. 1351 translatus est,
 ita, ut Ravennam simul administraret ha-
 biturus, unde Patriarchæ dignitatem sus-
 tineret. Aberat, cum nominaretur Car-
 dinalis: ac Petasum e Papæ manu acci-
 piendi

piendi gratia Avenionem petens Patavii saecul XIV. sub finem Octobris vitam posuit nondum A. C. 1361.
adeptus templi titulum, qui non dari nisi praesentibus solet.

Secundus fuit Petrus Iterius Petro- Baluz. p. 954
coricensis, Aquarum Augustarum in Vas-
conia Episcopus, Cardinalis de Quatuor
Coronatis. Tertius, Joannes Mandia-

censis e dioecesi Vectiana, 17 Sept. 1348
ex Aquisextano Canonico factus Episco-
pus Nemosensis post obitum Bertrandi
Deucii cognati sui, modo Cardinalis de

S. Marco, sed vocatus semper Cardinalis
Nemosensis. Quartus, Aegidius Aisse- p. 556.
linus de Monte Acuto Arvernus, Episco-
pus Tervanus, & Cancellarius Galliae,
Cardinalis de S. Martino in Montibus.

Quintus, Androinus frater Comitum de
Rupe in comitatu Burgundiae sita, & Ab-
bas Cluniacensis. Anno 1357 eum Pa- p. 958.

papa in Italiam miserat Ecclesiae copiis ibi M. Vill. l. 7. c. 56. l. 8. c. 133
praefuturum loco Cardinalis Aegidii Al-
bornii quem revocavit Avenionem. Sed

Androinus vir mollis, parumque versa-
tus in re militari, & artibus ad guber-
nandas regiones necessariis nec subige-
re armis populos, nec terras ab anteces-
sore suo recuperatas tueri noverat: ita
neutiquam metuendo modica praestaba-
tur obedientia. Igitur huic muneri haud
idoneum agnoscens cum Cardinalibus
Papa in Italiam remisit Cardinalem Al-

Sæcul. XIV.

A.C. 1361.

Froiss. l. I.

c. 211.

Rayn. 1360.

n. 3.

Vitæ p. 341.

960.

p. 963.

bornium. Melius Androino successit cura pacis inter Gallos & Anglos, quam anno 1360 pactione Bretiniacensi conciliavit cum Simone Lingonensi Fratrum Prædicatorum Magistro Generali. Duo Reges jam tum rogabant Papam, ut Abbatem Cluniacensem sacra ornaret purpurea: sed ille huc usque id distulit.

Sextus, & inter Diaconos primus erat Stephanus Audebertus Papæ prope in diœcesi Lemovicensi natus. Etiam minores tantum Ordines habebat, hoc anno decretus a Papa Episcopus Carcassonensis, sed nunquam consecratus fuit, dictus tamen Cardinalis Carcassonensis: cæterum ædem S. Mariæ in Equiriis obtinuit. Septimus, Guilielmus Bragofus ex diœcesi Mimatensi. Ex Doctore ac Professore Universitatis Tolosanæ Vicarius Generalis Archiepiscopi Stephani Aldebrandi anno 1355 evaserat: ac electus erat Episcopus Vabrensis, quando renunciatus est Cardinalis Diaconus de S. Georgio *ad velum aureum*: sed Fabrensis semper audiit. Octavus, Hugo Martialisfanensis, quod nomen traxit a natali castro diœceseos Tutelensis. Nobili ortus genere in regnum Neapolitanum anno 1352 missus erat tanquam Nuncius Apostolicus, ut Regem Ludovicum, ac Reginam Joannam cum Rege Hungariæ in gratiam reduceret. Tolosæ, ubi accepit

cepit Juris Civilis insignia, versabatur Saecul. XIV:
A.C. 1361.
adhuc in studiis, cum creatus est Cardi-
nalis Diaconus. Titulum postea cepit a
templo S. Mariæ *in porticu*: eratque si-
mul Præpositus Duacensis. En octo
Cardinales 17 Sept. 1361 pronunciatos!

Rex Joannes retento novo Cardinali Epist. 24.
sup. Mar-
tenne to. 3.
c. 1092.
Androino Abbate Cluniacensi Papam
per litteras oravit, ut eum ob magni mo-
menti negotia usque ad certum tempus
apud ipsum manere sineret; interim pen-
sionem, ac privilegia Nunciis dari solita
illi conservaret; atque petasum rubrum
mitteret. Papa respondit: Non debe-
mus has largiri gratias nisi de consilio &
consensu nostrorum Fratrum Cardina-
lium in senatu præsentium: neque cre-
dimus, nos posse hunc obtinere con-
sensum: cujus recusatio & dignitati tuæ,
& Cardinalis honori officeret. Præterea
consideramus, regni tui Ecclesias gra-
vissime pressas magnitudine subsidiorum,
quæ sub bellis præteritis tulere, ac etiam-
num pendunt. Cardinalis ipse pensione
sua, & petasi redditibus carens, nec aliun-
de locuples molestiam caperet ex sum-
ptibus ad tuendam dignitatem suam ne-
cessariis.

Itaque, si hac in re non cedimus tuo
desiderio, id sine offensione accipias, pre-
camur, & illum Cardinalem ad Roma-
nam curiam quamprimum venire sinas

Sæcul. XIV. A. C. 1362. novo munere functurum suo. Concedimus tamen, ut maneat usque ad diem Ascensionis Domini, si ad concludenda negotia id opus esse putes. Quod attinet ad beneficia, quæ ut illi conferremus, rogasti: providimus ei, quam potuimus, optime, reliquis Cardinalibus una creatis. Dabat 2 Nov. 1361. Eodem die ad Cardinalem Androinum scripsit epistolam, ex qua liquet præcipuum negotium eum detinens fuisse controversiam de Britannia inter Carolum Blesensem, ac Joannem Monfortium componendam: ut multæ litteræ priores indicant.

Epist. 241.

Epist. 58. 59. 60. &c.

§. XLIII.

*Mors Innocentii VI. Urbanus V
Papa.*

Sequente anno 1362 Ludovicus Neapolis Rex 26 Maji redeunti in cælum Domino sacra mortalitatem explevit: eratque conjux ejus Regina Joanna rursus vidua & sine liberis. Papa Innocentius 20 Junii funeris exequias celebrari voluit: ac Romanæ Ecclesiæ jura in illud regnum ei beneficiaria lege obstrictum conservaturus, tanquam Nuncium eo misit Guilielmum Grimaldum seu Grimoardum Massiliæ ad S. Victoris Abbatem:

M. VII. l. 10. c. 100.

Regz. 1362. s. 2.

tem: qui non diu ibi hærebat. Nam ^{æcul. XIV.} Papa senio & morbis confectus 12 Se- ^{A.C. 1262.} ptembris obiit post novem annos, ac fe- ^{Vit. p. 343.} re totidem menses sui pontificatus, sepul- ^{344.} tusque in cathedrali templo Avenionensi, deinde in vicinum Carthusianorum monasterium a se conditum translatus est. Favit, ac benefecit litteratis, & horum multos promovit: sed naturæ propensio- ni paulo nimium indulgens ad dignitates ecclesiasticas multos extulit cognatos: quorum plerique tamen dextere sua obierunt officia.

Decimo post Innocentii exequias die S. Mauritio sacra 22 Sept. 1362 Cardinales Avenione præsentibus conclave pro more intrarunt viginti numero; inter alios Androinus Ruperus antehac Abbas Cluniacensis, Avenionem, nisi morti proximo, ac pæne jam extincto Papa, non ingressus. Hinc nata est controversia, nempe, an iste Cardinalis Papam eligendi jus haberet, nullius adhuc templi titulum nactus, nec in senatum pontificium vivente Innocentio introductus? Sententia tamen lata pro Androino, & suffragium ejus numeratum fuit.

Amplius mensis spatium in conclavi mansere Cardinales, antequam de Papa consentirent: & quanquam inter eos multi dabantur Viri egregii, his omis- sis statuerunt tandem sibi præficere Gui-

M 4 lielmum

Sæcul. XIV.
A.C. 1362.

Guilielmum Grimaldum Massiliæ ad S. Victoris Abbatem, quem reapse 28 Oct. elegerunt. Is patrem habuit Grimoardum sive Grimaldum Equitem, ac Dominum Grifaci in Gabalensi provincia, & Mimateni diocesi. Vix ex ephebis excesserat: cum sacræ militiæ se addidit in Chiriacensi ejusdem dioceseos prioratu Massiliensi ad S. Victorem abbatiae obnoxio. Monastica illic disciplina exercitatus, Cesserone litteris eam dedit operam, ut Doctor celeberrimus factus multos per annos Jus utrumque tum ibi, tum Avinionem traderet. Antissiodorensis postmodum ad S. Germani Abbas, dein Massiliensis ad S. Victoris Præsul, denique Summus evasit Pontifex.

Quia ob Ecclesiæ negotia in Italia versabatur, Cardinales incerti, an consentiret in electionem, celabant istam, dum ille adesset; & accersendum curabant, ob rem, quæ moram non ferret, sibi eum opus esse perhibentes. Venit protinus,

M. VII. l. II.
c. 26.

& clanculum Avinionem intravit 30 Octobris. Postridie promulgata electio; & Guilielmus Grimaldus declaratus est Papa sub nomine Urbani V. Die S. Leonardi sexta Novembris, quæ erat dominica, fuit consecratus Episcopus, & coronatus Papa per Cardinalem Magalonnensem Episcopum Ostiensem Alduinum Audebertum. Papa Urbanus modestiæ causa

Vit. p. 399.
1055.

causa omisit solemnem & magnificam ^{Sæcul. XIV.}
equitationem per urbem, etsi ^{A. C. 1362.}
jam erat.

§. XLIV.

Concilia Cantuariensia.

Eodem anno 1362 Simon Islipius Ar-
chiepiscopus Cantuariensis duo con-
cilia provincialia celebravit; & prius qui-
dem Magefeldæ. Summa ejus fuit san- ^{fo. II. v. 1933}
ctio ad Simeonem Sudburinum Londi-
nensem Episcopum 16 Julii scripta in hanc
sententiam: Festis diebus ad colendum
Deum & Sanctos ejus institutis abutitur
hominum levitas, & corruptio. Tum
habentur mercatus, conventusque profa-
ni; obeuntur functiones illicitæ; caupo-
næ magis quam templa frequentantur;
loco piarum precum fiunt computationes
usque ad ebrietatem; laxantur frena
pudoris; & jurgia committuntur. Ar-
chiepiscopus dein enumerat ferias; Do-
minicam, cujus observationem sabbato
inde a cantu vespertinarum precum, non
citius inchoandam, ne Judaicæ religio-
nis species adumbretur, asserit; Pascha,
& Pentecosten per tres dies continuos;
solemne augustissimi Sacramenti; inter ^{Thomas}
dies Coelitibus sacros festum Conceptæ ^{fêtes p. 210.}
Virginis Virginum nondum in Francia,
nec Romæ receptum, sed in Anglia jam

Sæcul. XIV. antiquum. Alterum Cantuariensis pro-
A C. 1362. vinciae suæ concilium Simon Lambethæ
Conc. p. 1935 in ædibus Archiepiscopi propriis peregit:
 & 9 Nov. ibi condidit decretum eidem
 Londini Episcopo inscriptum. Repre-
 hendit hoc avaritiam, & desidiam Sacer-
 dotum: & statuit eis mercedem pro an-
 nuis, cæterisque officiis. Sed remedium
 verum fuisset melior illorum delectus.

§. XLV.

*Gallicæ, Cyprique Reges veniunt
 Avenionem.*

Ecclēsia Avenionensis Episcopo caruerat
 sub duobus ultimis Præsulibus Ma-
 ximis Clemente, ac Innocentio; qui pro-
 ventuum causa sibi reservatam magnos
 per Vicarios administrari curabant. Sed
 Papa Urbanus in ordinem redactam die
 lunæ 12 Dec. 1362 contulit suo fratri
 Anglico Grimoardo Canonico Regulari,
 Diensique ad S. Petrum Priori; qui in
 S. Rufi cœnobio, ubi amplexus vitam re-
 ligiosam fuerat, virtutis studio, ac exa-
 ctissima sacrarum legum observatione e-
 nitebat.

Vita p. 365
993.
Gall. Chr.
novat. I.
p. 823.

Froiss. l. I. Interim Rex Joannes sub festum S.
c. 216. Joannis Parisios reliquerat, ut Avenio-
Cont. Nang. nem ad Papam & Cardinales iret, atque
p. 880. in transitu lustraret Burgundiæ ducatum,
 qui

qui nuper ipsi obtigerat per Philippi Ro-
burini mortem anno priore obitam. Sub
diem S. Michaëlis Rex advenit Villam
Novam Avenionensem, ubi diversorium
ei præparatum erat. Electum Papam
Urbanum aditurus Avenionem intravit
27 Novembris. Paulo post comperit Re-
gem Cyprium Petrum Liciniacensem tra-
jecto jam mari venturum esse Avenio-
nem. Hunc a se expectatum iri ajebat
Joannes: nam magnopere cupiebat eum
cernere ob res præclaras, quas de ipso
prædicari audierat, & ob gloriosa ejus
facta contra Saracenos, inter quæ erat
expugnatio Sataliæ, seu veterum Atta-
liæ in Pamphylia sitæ urbis, quam Rex
Cyprius mente Augusto anno 1361 sub-
egerat adjutus ab Equitibus Hospitala-
riis.

Petrus Avenionem non attigit nisi
die quarto hebdomadis sacræ 29 Mar-
tii anno 1363: anniversario redempti
orbis die Papa in sacello suo rem divinam
peregit, atque concionem magnos ani-
morum motus efficientem habuit coram
utroque Rege. Tum Joannes conce-
ptum haud ita pridem, celatumque pro-
positum detegens orabat Papam, ut ipsi
ad transitum maris præberet crucem:
quod Papa libenter fecit. Secuti exem-
plum Cardinalis Petrocoricensis Taleran-
dus, & multi Proceres rubram crucem su-
pra

Sæcul. XIV.

A.C 1362.

Viæ p. 366.
982.

Sup. s. 41.

Rayn. 1363
n. 10.M. Vill. 10.
c. 69.Rayn. 1363.
n. 14.Froiss. l. I.
c. 217.Vitæ to. 2.
p. 983.

Sæcul. XIV. A. C. 1363. pra vestem gerebant suam. Rex Cypri exultans Deo gratias egit: nam venerat, ut bellum suaderet sacrum. Post octavam Paschatis die Mercurii 12 Apr. Papa e suggestu verba faciens auditores ad expeditionem bellicam in Turcas discrete animabat, generalis transitus Ducem nominans Regem Joannem: qui præsens jurabat fore, ut eum faceret post biennium inde ab elapso mense Martio inchoatum, scilicet anno 1365. Papa 31 Martii hac de re diploma edidit inscriptum eidem Regi Joanni. Legatum ei adjunxit Cardinalem Talerandum Episcopum Albanensem, qui rebus sacris præesset. At Saraceni compertis apparatus contra se bellicis comprehensos in Ægypto, Damasci, & in Syria Christianos quamplurimis acerbis suppliciis affecerunt: nec alium hujus moliminis fructum video.

Rayn. n. 15.
16.

M. Vill. l. II.
c. 34.

§. XLVI.

*Consilia pacis cum Barnaba Pro-
Comite agitantur.*

Cretenfis Archiepiscopus Petrus Thomas Regem Cyprium hoc in itinere comitans pari studio bellum urgebat sacrum. Sed huic magnopere obstabat aliud, quod in Italia Papa & foederati
ejus

ejus; cum Barnaba Pro-Comite, tyranno
Mediolanensi gerebant. Præcipue id
accenderat Bononia, quæ a Papa defi-
ciens Pro-Comitibus sese dederat. Rex
Cypri Mediolanum, cum Galliam pete-
ret, transiens cum Barnaba tum quidem,
dein Avenionem delatus cum Papa de
pace egit: ubi statutum est, ut Gallorum
& Cypri Reges ex consensu Papæ Lega-
tos ea de causa Mediolanum mitterent.
Rex Joannes Pro-Comitum rationibus
consulebat; quia suam filiam Isabellam
cum Galeatio Matthæi & Barnabæ fra-
tre junxerat. Proinde ad tractandum
pacis negotium duos Legatos, Comitem
ac Episcopum misit.

Rex Cyprius pariter duos legavit,
nempe Archiepiscopum Petrum Thomam,
& Philippum Macerianum regni sui
Cancellarium, qui eodem, quo Rex, tem-
pore Avenionem reliquerunt. Nam ipse
plerosque Principes Christianos, Impera-
torem Carolum, & Angliæ, Hungariæ,
ac Poloniæ Reges ad societatem belli fa-
eri invitare, ac destinato mense Martio
anni 1365 venire Venetias cogitabat. In-
terim Legati, quos Mediolani Barnabas
benigne acceperat, exposita huic itineris
sui causa in Æmiliam seu Romandiolam
delati cum Cardinali Ægidio Albornio
Papæ in Italia Legato, qui Ecclesiæ co-
piis ac bello præerat, deliberarunt; tum
Medio-

sæcul. XIV.

A.C. 1363.

*Vita Pet.**Tho. c. 12.*

n. 66.

Sæcul. XIV. Mediolanum reversi de consiliis cum Le-
A. C. 1263. gato initis ad Barnabam retulere.

Rayn. 1362.
n. 12.

Præter arma profana etiam sacris ad-
 versus Barnabam utens Papa Urbanus
 post tentatas plures juris vias ultimo
 Novembris anno 1362 edidit litteras, in
 quibus percensens Papæ Innocentii acta
 contra hunc Principem, remque altius
 repetens exponit ut rem tunc Sacræ Se-
 di certissima fama compertam, Barnabam
 tuendos suscepisse hæreticos, nomina-
 tim Franciscum Ordellaffum hæresis con-
 demnatum, ac vetuisse, ne sacrum con-
 tra se bellum pro concione promulgare-
 tur. Semper de Barnaba loquens ad-
 jungit:

Quodam die Archiepiscopo Mediola-
 nensi Roberto piæ memoriæ, quod con-
 secrare quendam Monachum recusasset,
 ut debuit, ad se accito multis præsentibus hæc fecit convicia: Procumbe in
 genua nebulo! an nescis ignave, me Pa-
 pam, Imperatorem, ac Dominum esse cum-
 ctis in terris meis; ac ne Deum qui-
 dem ibi posse quidpiam, nisi quod ego
 velim? Multisque aliis contumeliis o-
 neratum cuidam cubiculo includi iussit.
 In subjectis sibi locis omnibus præconis
 voce sub pœna ignis prohibuit, ne sui ad
 Papam antecessorem nostrum, vel ad Le-
 gatum Ægidium Sabinensem Episcopum
 irent gratias impetraturi; ne eis debita
 solve-

solverent, opemve aut consilium afferrent. *Sæcul. XIV. A.C. 1363.*
 Interdixit etiam, ne sine permisso suo vel Girardoli cujusdam (Papam vocabat populus) electio ulla fieret, aut cuiquam Ecclesiæ vel cœnobio quispiam quocunque demum modo præficeretur.

Sacerdotes ac Religiosos in cavēa ferrea comburi alios, alios in equuleo torqueri, Fratri Minori spectatæ virtutis homini aures candente ferro perfodi jussit tyrannus; & Sacerdotem Parmensem coëgit in turrim ascendere, ac inde in Papam & Cardinales anathema pronunciare. Denique idem Papa post factam hæc in scelera inquisitionem 25 Aug. an. 1360 Barnabæ denunciavit, ut 4 Novembris proximi ad ipsius tribunal se sisteret. Cum non venisset, declaratus est contumax in materia fidei, ac per sententiam cœtupiorum motus. Papa Urbanus pergit: Quia Barnabas per biennium induratus mansit, in proximas Calendas Martias, nempe anni 1363 dempto comperendinandi jure omni eum citamus, ut nostrum audiat judicium.

Præfixo die Papa senatum habens ad portam palatii duos Cardinales misit, qui Barnabam in jus vocarent. Accessit homo privatus, qui se procuratorem ejus dicebat. Sed cum potestatem sibi traditam non probaret, ac excusationes exceptionesque frivolas proponeret, Papa die

n. 13.

Rayn. 1363.

n. 2.

Sæcul. XIV. die Veneris 3 Martii ann. 1363 Barnabam declaravit hæreticum, equestri Ordine exclusum, cunctis honoribus, privilegiis, juribusque privatum, & Christianis omnibus fugiendum. Post latam hanc sententiam Papa de sede surgebat sua, & positus in pavimento genibus junctas ad coelum tendens manus Christum Dominum, SS. Petrum & Paulum, totamque cælestem Aulam orabat, ut hic tyrannus ligaretur in coelo sicut eum ipse ligasset in terra. Tandem ad sacrum in Barnabam bellum Germaniam primo, tum Italiam accendi voluit: ut docet illius epistola 11 Julii ad Cardinalem Ægidium Albornium data; ubi ait: Non patimur ad expeditionem transmarinam stimulari populos, donec negotium, quod hic hæreticus nobis faceffit, aut bello, aut ejus ad frugem reditu, quem potens efficiat Deus, finitum fuerit.

Rayn. n. 4. *Vita P. Tho.* Is erat rerum status, cum duo Legati Regis Cyprii, Archiepiscopus Petrus Thomas, & Cancellarius Philippus Maccerianus pacis tractandæ gratia Mediolanum reverterunt. Videbant ibi Legatos Gallicos; qui se illam confecisse rati, idque sibi ducentes gloriæ, Regem Cyprium, ac Legatos ejus haud magni fecerant. Adierant pariter Legatum natione Hispanum, scilicet Cardinalem Albornium, quem comperiebant durum, exacerba-

c. 12. n. 67.
op. Boll. to. 2.
p. 1009.

acerbatum, incensumque ad continuandum bellum: aiebat enim haud posse poni fiduciam in pactionibus, quæ cum Barnaba conflarentur. Barnabam ipsum invenere leonis instar furentem, aversantem consilia pacis; & minitantem Ecclesiæ, quippe cui semper mala machinaretur.

Discedebant igitur re infecta, & offensis animis. At Cyprii manebant: quos biduo post Gallorum abitum Barnabas ad se accersit. In secessu quodam sedens inter eos medius, Modo, inquit, Modo mecum agite de pace, & quidquid de hac sentitis, fidenter edicite! Cum Archiepiscopus suaviter simul ac nervose illam suavisset: aliquamdiu rem secumolvebat Barnabas: tum ducto gravi suspirio dicebat: Cum voluptate te audii: volo omnino pacem habere cum Ecclesia; & huic in posterum submissus ac fidelis esse. Pax tractata diu, tandem mense Februario 1364 constituta est his conditionibus: Dominus Barnabas arces & castella omnia, quæ in tractibus Bononiæ, Mutinæ, ac Æmiliæ tenet, restituet, cum primum postulaverit Cardinalis Androinus Sacræ Legatus Sedis. Papa Domino Barnabæ intra octo annos a die restitutionis locorum numerandos quingenties mille florenos aureos pendet; scilicet quot annis sexagies bis

Hist. Eccles. Tom. XXIV. N mille

Sæcul. XIV.

A. C. 1363.

n. 68. 69.

Corio 3. par.
p. 565.

Ph. Vill. l. II
c. 64.

Rayn. 1364.
n. 3.

Secul. XIV. mille quingentos. Pactio scripta fuit
A. C. 1364. tertio Martii: ob quam cunctis crimini-
 bus suis liberatus Barnabas; quippe so-
 lutus censuris omnibus, omnia in jura sua
 restitutus; & interdictum Bononiæ solen-
 niter sublatum est.

§. XLVII.

*Mors Regis Joannis. Carolus V
 Franciæ Rex.*

Illa pax erigebat spem belli transmarini:
 sed brevi hanc infregerunt disjunctæ
 modico intervallo mortes Regis Gallo-
 rum, & Cardinalis Petrocoricensis. Po-
 sterior, qui nominatus ad expeditionem
 sacram Legatus erat, obiit Avenione 17
 Jan. 1364. Priorem in Angliam rever-
 sum, Londini corripuit morbus ac extin-
 xit 8 Aprilis eodem anno, ætatis suæ
 quinquagesimo sexto, regiminis decimo
 quarto. Corpus in Franciam relatum in
 abbatia Dionysiosanensi sepultum est die
 Martis 7 Maji. Succedens ei filius na-
 tu major Carolus Dux Normanniæ ac
 Delphinatus Dominica SS. Triadis 19 e-
 jusdem mensis Maji Remis coronam, ac
 inunctionem sacram, & postea cognomen
 Sapientis accepit.

Papa Urbanus Archiepiscopo Petro
 Thomæ legationem ad bellum transma-
 rinum antehac a Talerando Cardinali Pe-
 troco-

Vita p. 402.

Froiss. l. I.

c. 119. 121.

223.

Ph. Vill. l. II

c. 76.

Cont. Nang.

p. 892.

Vita. c. 14.

n. 80.

trocoricensi susceptam, Patriarchæ Constantinopolitani titulum, Ecclesiarum Coronensis, & Chalcidiæ administrationem, unde viveret, ac decem florenos quotidianos decrevit. Diploma legationis dedit 10 Jul. an. 1364: ac Petri potestatem in cunctas Thraciæ seu Romaniæ provincias extendit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1364.

Rayn. 1364.
n. 24.

Supremum belli sacri Ducem adhuc neminem loco Regis Joannis Papa designaverat; ut ait in suis ad Joannem Palæologum litteris 17 Calendas Novembris scriptis. Interim Rex Cyprius, qui se Crucæ signatis usque ad profectioem Regis Joannis præfaturum sponderat, ab Imperatore, cæterisque, quos adierat, Principibus Occidentis, bella quidem verba, sed reapse nullam opem obtinuerat.

n. 26.

Sup. §. 45.

Vita P. Tho.
n. 83.

§. XLVIII.

Rex Daniæ, ac Imperator Carolus Avenionem adveniunt.

Urbanum haud ita pridem ad summam evectum sedem etiam Valdemarus III. Danorum Rex invisit: & Avenione tum commorans, cum Galliæ Cyprique Reges sacræ militiæ nomen darent, crucem & ipse induit. Quarta jejunii verni Dominica Papa rosam ei auream donavit, & multas, quibus Daniæ templa ditaret, re-

Vita PP.
p. 366. 983.

N 2

liquias

Sæcul. XIV. liquias, nempe de capillis ac vestibus SS.
A.C. 1364. Virginis, & de ligno crucis, quasdam
Rayn. 1364. particulas reliquiarum S. Joannis Bapti-
n. 14. stæ, Sanctorum Georgii, Vincentii, Ne-
 rei, & Achillei. Noxarum veniam con-
 cessit iis, qui pro hoc Principe supplica-
 rent Superis: ipsum, & Daniam in Sa-
 cræ Sedis fidem recepit: eumque omnium,
 quæ in Ecclesia fierent, bonorum ope-
 rum, participem fecit per diploma scri-
 ptum 9 Martii an. 1364. Non video,
 quid gratia postrema addat *Communione*
Sanctorum in Symbolo Apostolico memo-
 ratae. Etiam mandatum Lincopiæ, Lu-
 becæ, atque Camini Episcopis misit Pa-
 pa, ut rebellibus in hunc Principem cen-
 suras irrogarent. En ea, quæ ab isto i-
 tinere retulit!

Sequente anno 1365 Imperator Ca-
 rolus IV invitante Papa similiter Aven-
 tionem petiit cum multis Germanis, &
Cont. Nang. aliisque Nobilibus. Rex Franciæ Caro-
p. 907. lus eo misit suum fratrem Andegaviæ
 Ducem, aliosque Optimates, ac Præ-
 sules, veluti Guilielmum Melodunensem
 Senonum Archiepiscopum, & Guiliel-
 mum Domnamantinum Normanniæ Can-
Vita PP. cellarium. Imperator Aventionem men-
p. 370. 984. se Majo delatus, die Pentecostes 3 Junii
 divinæ rei, quam Papa faciebat, interfuit
 imperatorio vestitu, corona, & sceptro
 insignis. Multos cum Papa sermones
 con

contulit de Tyrannis Italiae, praesertim Saecul. XIV.
 Pro-Comitibus evertendis, ut putabant A. C. 1365.
 aliqui; aut de subsidiis contra Turcas Corio. p. 567.
 ethnicosque mittendis: nam Parisiis a-
 jebant Imperatorem hoc fine Urbano re-
 gni sui decimas obtulisse, ut copias mer-
 cenarias per triennium aleret; centurias
 Franciam tamdiu vastantes colligeret; ac
 modum expiandi crimina doceret, lar-
 go tamen stipendio poenitentes afficeret.

Utraque opinio potest vera esse: sed
 posteriorem confirmat epistola, quam Pa-
 pa 9 Junii ad Regem Franciae Carolum
 scripsit in hanc sententiam: Imperator Ragn. 1365.
 ad nos, ut scis, nuper admodum profe- n. 1.
 ctus nobis exposuit, quantopere cupiat
 totius orbis Christiani, ac speciatim regni
 tui pacem & tranquillitatem deprimen-
 dis nostrae religionis hostibus, ac recu-
 perandae terrae sacrae idoneam: detexit-
 que nobis multa alia arcana publicum ad
 bonum tendentia. Itaque inter nos pa-
 ri flagrantibus studio convenit, primum
 grassantes illas centurias detestabiles e
 cunctis Christianorum terris omnino ex-
 terminandas, ac velint, nolint, contra
 populos a nostra fide alienos mittendas
 esse. Hungariae Rex has centurias
 transire per suum regnum sinet: sic spe-
 rat Imperator, spondens se suis sumpti-
 bus eas aliturum a finibus Gallicis usque
 ad Hungaricos. Si Rex Hungariae in
 N 3 earum

Sæcul. XIV. earum transitum non consentiat; nos, &
A.C. 1365. Imperator Venetis, aliisque Italicis navi-
 bus in Orientem pervehendas curabi-
 mus: & pro sumptibus itineris Impera-
 tor dimidios Bohemiæ suæ reditus ad
 triennium liberaliter offert.

§. XLIX.

*Ægidius Albornius calumniis
 appetitur.*

Rayn. n. 9. 10 Magna obsequia, quæ Cardinalis Ægi-
 dius Alburnius Ecclesiæ Romanæ
 in Italia præstiterat, haud obstabant, quin
 ejus nomen per calumnias ad Papam de-
 ferretur. Dicebatur adversus Barnabam,
 & alios Ecclesiæ inimicos molimina
 quædam suscepisse in pactiones cum eis
 factas pugnantia; & proventus Ecclesiæ
 in rem suam avertisse. Igitur deprecari
 legationem Siculam ab Urbano sibi de-
 mandatam, & ut se ipse purgaret, Ro-
 manam adire curiam volebat. Sed Pa-
 pa ei scripsit, esse persuasam sibi ejus in-
 nocentiam, & ardens in Ecclesiam stu-
 dium: contemneret sermones vanos,
 suaque officia continuaret, etsi jam pro-
 vectus annis: denique legationem Si-
 culam sex abhinc menses acceptam stre-
 nue obiret. Dabat 30 Jan. 1365. Hæc
 legatio Neapolim contingebat: quo Æ-
 gidius reipsa delatus Reginam Joannam
 adstrin-

adstrinxit, ut Papæ tanquam fiduciario Patrono suo fidem juraret.

Sæcul. XIV.
A. C. 1365.

§. L.

Imperantur concilia provincialia.

Eodem anno Papa, ut errata multa, speciatim beneficiorum complurium possessionem corrigeret, celebrari concilia jussit; ac tertio Maji hanc edidit sanctionem: Ut dolentes audivimus: quidam Clerici tam seculares, quam religiosi tenent tot beneficia, ut res tolerari nequeat: hinc venit diminutio divini servitii, ruina ædificiorum, jactura bonorum ac jurium Ecclesiæ, & conquestio populorum pastoribus carentium. Quapropter quibusdam Archiepiscopis, & Suffraganeis eorum præcepimus, ut agerent conventus, & omnes sibi subjectos Ecclesiasticos possidentes beneficia, vel aliqua obtinendi promissum nactos admonerent, ut ipsis intra spatium mensis suorum beneficiorum nomina, qualitates, ac æstimationes pro decimis mitterent, alioquin beneficiis privandi suis, quæ nostro reservamus arbitrio. Imperamus etiam, ut Episcopi post mensem horum beneficiorum indicem in commentario clauso, & suis munito sigillis ad Metropolitanos suos perferendum curent; & isti tam suos, quam Suffraganeorum com-

to. II. Conci
p. 1936.

p. 1938.

N 4

men-

Sæcul. XIV. mentarios ad nos mittant. Simile man-
 A. C. 1365. datum pro Anglia subjungit, gnarus
 forsitan ibi malum esse gravius. Et vero
 hæc sanctio e collectione conciliorum An-
 gliaë deprompta est.

p. 1957. E.

Rayn. 1365.
n. 16.

Præceptum de habendis conciliis pro-
 vincialibus hac in sanctione memora-
 tum dabatur 25 Nov. 1364 per episto-
 lam circummissam, cujus duo tenemus
 exemplaria, Archiepiscopis Narbonensi
 alterum, alterum Remensi inscripta. Ex-
 ponit illa, Papas, cæterosque Præsules
 olim maximam gessisse curam celebrandi
 concilia: sed postquam per illorum so-
 cordiam omissa essent, pullulare vitia, de-
 crescere populi pietatem, Ecclesiæ liber-
 tatem minui, divinum negligi servitium,
 Clerum a laicis vexari, bonorumque suo-
 rum jacturam non modicam pati. Tam
 indignis rebus medendi causa jubetur Ar-
 chiefiscopus mature concilium provin-
 ciæ suæ convocare.

Conc. p. 1939
E.

Hoc præceptum probabiliter fecit, ut
 Simon Renulphus Turonensis Archiepis-
 copus suum concilium haberet Andegavi
 die Jovis 12 Martii anno 1365, scilicet
 ante Pascha. Aderant Godefridus Do-
 lonis, Michaël Cenomani, Radulphus
 Rhedonum, Guilielmus Andegavi, Gui-
 lielmus Maclovii, Guilielmus Paulopolis
 Leoninæ, ac Evenus Trecorii Episcopi
 septem. Nannetensis sedes vacabat:

Brie-

Briocarum, Dariorigi Venetorum, & Co-^{Sæcul.XIV.}
 risopiti Antistites miserant excusationes A C.1365.
 legitimas. Id concilium edidit triginta
 quatuor canones: quorum primi contin-
 gunt iudiciorum formulas; & ostendunt,
 quanta immoderatione versutas litigandi
 rationes protenderint Clerici his in pro-
 vinciiis: alii attinent ad immunitates ec-
 clesiasticas: pauci ad corrigendos mores
 directo tendunt.

§. LI.

Alexandria capta relinquitur.

Interim Rex Cypri Petrus Liciniacensis
 apud omnes Europæ Principes auxilia
 transmarinum ad bellum frustra quære-
 bat. Petrus Thomas Constantinopolita-^{Sup. §. 47.}
 nus Patriarcha honorarius, & Legatus ad ^{Vit. P. Tho.}
 sacram expeditionem illum Venetiis op-^{c. 14.}
 periebatur, ubi conscendendæ naves e-^{Boll. to. 2.}
 rant, & quo se in præfixum diem contu-^{p. 1011.}
 lerat. Congregarat illuc etiam multos
 Nobiles, aliosque Christianos per se cru-
 ce indutos: qui cum eo expectabant Re-
 gem Petrum constitutum a Papa supre-
 mum belli Ducem. At hic Princeps Ve-
 netias non advenit nisi post præscriptum
 mensem Martium anni 1365: & Cruce-^{Sup. §. 45.}
 signati moræ impatientes discesserant.
 Dolenti hoc Regi solatia Legatus, & ^{Vita n. 87.}
 animos dabat ad perfequendam molitio-
 nem.

Sæcul. XIV. nem. Venetias proin reliquit tertio,
A. C. 1365. postquam e regno suo exierat, anno, nem-
 pe 1365. Habebat duas tantum trire-
 mes, & modicam, quam suis facere
 sumptibus potuerat, militarem manum:
 sed in Rhodum delato suus frater Prin-
 cept Antiochus Cypri Pro-Rex copias,
 & Rhodiorum Magister centum sui Or-
 dinis Equites adduxit.

Tum, cum adornaretur profectio, Le-
 gatus Petrus Thomas divini verbi se-
 mentem spargere, poenitentibus dare o-
 peram, sacros pugiles, & nautas ex-
 hortari, instituire supplicationes publi-
 cas, pro fausto moliminis successu sa-
 crificia peragere solebat, sibi que vix su-
 mebat tempus capiendi cibi somnique.
 Paucis ante abitum diebus Proceres ac
 universus Ordo Nobilium dapem cæle-
 stem e Legati manu accipiebant: multi,
 qui decem aut viginti plus minus annis
 conscientiae noxas haud expiaverant, id
 tunc agebant: multi, qui crucem non
 gerebant nisi per vanitatem, vel avari-
 tiam, aut ob spem favorum Regis, muta-
 bant sententiam. Destinata die Rex in-
 scendebat triremem suam, decem circi-
 ter peditum millia, equites mille qua-
 dringenti centum fere navibus impone-
 bantur. Priusquam solverentur ancho-
 ræ, Legatus omni cum Clero classario
 adiit triremem regiam, & in altissimo
 loco

loco, unde omnibus erat conspicuus, longæ precatione hominibus, armis, navigiis, & mari benedixit, opem divinam contra hostes Christiani nominis implorans.

Sæcul. XIV.
A.C. 1265.

Cum pervenissent in altum pelagus, Rex declaravit conceptum de sententia sanctioris Consilii sui propositum petendæ Alexandriae. Post quadriduum navigationis die Jovis 2 Oct. 1265 illam attingebant sub meridiem: sed excensionem, ut ex ordine majore fieret, in diem posterum Rex differebat. Interim Saraceni innumeri e portis effusi spectante Christiano exercitu ad pugnam se componebant in littore, noctemque ibi agebant. Sequenti die Veneris 3 Octobris cum aliquamdiu restitissent excendentibus, in urbem profugi se includere: tum portis ignem subjici videntes, relictis moenibus turribusque Babylonem, sive Cairum se recipiebant. Ita capta est Alexandria post horæ unius pugnam, in qua nemo Christianorum occubuit: sed in urbe inventi sunt multi Saraceni balistarum spiculis extrinsecus immixtis necati.

Ingresso urbem Christiano exercitu Rex consilium generale habuit, an servanda esset, sicut ipse optaret? At plerique Proceres contrarium sentiebant, præsertim Angli & Dux Rhodiorum. Paucitatem militum reputabant imparem obfi-

Vita PP.
p. 371.

obfi-

Sæcul. XIV.
A.C. 1366.

Th. Valsing.
an. 1365.
p. 180.

Vita c. 18. 19

Chastel.
Martyrol.
6. Jan.

Sup. lib 83.
p. 20.

obsistendo hostibus immani numero venturis, & adhuc tenentibus partem urbis trans ramum Nili positam. Itaque Christiani, cum ne tertiam quidem urbis partem tueri se posse cernerent, eam diripere contenti capta incredibili præda textorum maxime aureorum, feritorumque Alexandriam quarta post ingressum die relinquere ingenti luctu Regis ac Legati nullum admittentis solatium. Hunc amittebant in Cyrum delati: nam Famæ Augustæ statim post Natalem Domini correptus morbo die SS. Regum 6. Jan. 1366 ibi vitam edidit: quam scripsit Philippus Macerianus Cyprius Cancellarius, ejus itinerum comes amicissimus. Etsi Petrus Thomas inter Cælites rite relatus non est: Carmelitæ memoriam ejus 29 Jan. solenniter celebrant: quod obitus dies ac sequentes aliis Sanctis dicati fuerint.

§. LH.

Conatus adversum Saracenos.

Direptio captæ Alexandriæ, quanquam hæc deserta iterum fuit, terrorem injecit Sultano Ægyptio. Qui tum regnabat, erat Schaaban Hofaini filius, Kelao-ni pronepos, vicesimus secundus ex Turcis Mammeluchis, qui tamen imperare non coeperant ante annum 1250: adeo brevi-

breviter ac misere dominabantur. Schaa-
 ban anno ætatis suæ 10, Epochæ Ara-
 bicæ 764, Christi 1362 agnitus Sultanus,
 cum annos quatuordecim regnasset, de-
 ctus e folio & strangulatus est. Hic
 Princeps igitur, seu potius ii, qui sub e-
 jus nomine imperitabant, ut se ab ejus-
 modi incurfibus præstarent tutos, Vene-
 tias Legatum miserunt, qui cum Duce
 Marco Cornaro pacisceretur. Comperta
 re Papa, ne bello sacro ea officeret, veri-
 tus Duci per litteras stricte interdixit, ne
 pacificationem cum Sultano sine Sacræ Sedis
 permisso singulari faceret. Dabat 25
 Jan. 1366.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1366.

Pocot. su-
 plem. p. 17.

Rayn. 1366,
 n. 12.

n. 15.

Porro quia præcipui authores moli-
 minis adversus Alexandriam Rex Cy-
 prius ac Rhodii fuerant, Musulmanni Æ-
 gyptii cum Turcis foedus armorumque
 societatem conflagrunt, ut illos e Cypro
 ac Rhodo pellerent. Tum vero Papa
 Regi Franciæ Carolo 6 Oct. eodem anno
 scribens exposuit, si eas insulas, terrasque
 transmarinas Cyprio Regi & Rhodiis ob-
 noxias Saraceni suæ ditionis facerent,
 recipiendæ Palæstinæ spem omnem ab-
 ruptum iri. Ergo Rex illis mature suc-
 curreret, ac tutum redderet mare, ut ad
 eos pateret transitus. Imperatori Caro-
 lo, Hungariæ, Angliæ, Scotiæ, Arrago-
 niæ, Daniae, ac Poloniæ Regibus, & Re-
 ginæ Neapolis Joannæ eadem super re
 scripsit, sed sine fructu. Eodem

Sæcul. XIV.

A. C. 1366.

n. 14.

Eodem die 6 Octobris Patriarchæ Aquilejensi, & Suffraganeis ejus per epistolam præcepit, ut omnes dioecesanos suos ad ferendas Cyprio Regi ac Rhodiis suppetias hortarentur: promisitque plenam noxarum veniam illis, qui eos opera vel opibus juvarent suis. Eadem epistola missa fuit ad Episcopos Italiæ, Siciliae, Dalmatiæ, Germaniæ, & Franciæ. At sub illius obtentu deceptores quidam ad bellum sacrum animabant populos sine Papæ mandato; & inde sibi pecunias corrogabant: quod is edoctus imperavit Episcopis, ut eos in carcerem mitterent. Interim per litteras 23 Oct. datas Regi Cyprio suavit, ut pacem, vel inducias, quas posset, optimas cum Sultano iniret.

n. 13.

§. LIII.

Designantur Cardinales.

*Vita. p. 347.
p. 990.*

Die Veneris 18 Septembris eodem anno 1366 Papa Urbanus tres creavit Cardinales Presbyteros. Primus de SS. Joanne ac Paulo erat Guilielmus Sudrius Aquenæ prope Tutelam in agro Lemovicensi natus. Postquam Ordini Dominicano in cænobio Brivensi nomen dederat, Theologiæ laurea donatus, illam Carcassone docuit. Tum suorum provinciæ Tolosanæ, post biennium Sacri Palatii Magister, anno 1361 Episcopus Massiliensis

*Gall. Chris.
to. I. p. 658.*

sis factus, post quadriennium trium provinciarum concilio Aptæ Juliæ mense Majo anno 1365 interfuit. Secundus de S. Petro *ad vincula*, Anglicus Grimoardus Papæ frater, Episcopus Aveniensis. Tertius de S. Praxede, Marcus Viterbinus Minorum Ordinis Minister Generalis.

Sæcul. XIV.
A.C. 1366.

§. LIV.

Papa Romam ire statuit.

Urbanus Romæ sedem figendo suam ardentibus incolarum votis satisfacere dudum decreverat. Vide, quomodo eis 23 Maji anno 1363 sui pontificatus primo scripserit! Legatis vestris cum fiducia deteximus secretam nostram voluntatem eundi Romam. Expleremus illam celeriter, nisi expositæ illis magni momenti res obstarent, quas remoturum speramus Deum. Sequenti anno Imperatori Carolo gratias egit, quod se hujus itineris comitem humaniter ipsi obtulisset: & anno 1365 promissum Romanis factum iterans Episcopum Urbevetanum suum Romæ Vicarium reparare palatium Apostolicum jussit. Tandem hoc anno 1366 palam suum aperuit animum: & tum Viterbium, quo primum ire, & ubi aliquamdiu commorari volebat, tum Romam misit, qui præpararent ibi necessaria, & Cardinalibus domicilia designarent:

Rayn. 1363.
n. 7.

Id. 1364.
n. 10.

1365. n. 9.

Vita. l. I.
p. 373-374.

Sæcul. XIV. signarent: itineri suo destinavit tempus
A.C. 1366. Paschatis anni proximi.

Id. 1366.
n. 26.

Post habita Francofurti comitia, ubi de modis reducendæ in Italiam pacis consultatum fuerat, Imperator Carolus per Nuncium rogavit Papam, utrum præire ipsum cum copiis suis in Italiam, an sequi deberet? Urbanus reposuit: Statuimus iter ingredi mense Majo, & ita profequi, ut eodem mense advenire Viterbium possimus: ibique ac Romæ apparatus, quin etiam reparationes necessarias fieri curamus. Velimus autem, ut consideres, quanta mala invehant execrandæ centuriæ; & quæ pericula Ecclesiæ Romanæ ac Imperii terris imminuant. Igitur pro humanitate tua iter, quantum potes, accelera! nos enim omni, quæ in nobis erit, ope atque opera te juvabimus, sive indulgentias, sive decimas concedi, sive ab Hungariæ Rege subsidium tibi expetere nos cupies. Dabat 30 Oct.

Duhoulai.
to. 4. p. 396.

Invenitur sermo ad Papam Urbanum, ut ne Romam iret, coram Cardinalibus nomine Regis Gallorum habitus, & adscriptus Nicolao Oresmo Doctori celebri, collegii Navarræi Magno Magistro, antehac Regis Præceptori, postea Lexoviensi Episcopo. Hic sermo longissimus est ac insulsissimus, testimoniis inutilibus, & rationibus infirmis fartus: difficile nimirum

mirum erat excogitare solidas in hac materia. Ecce aliquas illarum! Gallia etiam ante receptam fidem fuit sanctior, quam Roma. Julius Cæsar testatur totam Gallorum nationem fuisse religiosissimam. Post acceptam veri Dei notitiam ornata est pretiosis reliquiis, corona spinea, cruce, clavis, ferro lanceæ adactæ in Christi latus. Prolato dein S. Bernardi loco de Romanorum vitiis, ad Galliam rediens author litterarum studia per Carolum Magnum Roma Lutetiam esse translata perhibet, atque in laudes Universitatis excurrit. Denique Papæ in Francia tanquam regione patria residendum ait, quemadmodum Christus in Judæa habitasset. Easdem rationes iisdem propemodum verbis efferi cernimus in fine operis anonymi eadem ætate editi, quod inscribitur: *Somnium pomarii*. Est commentatio potestatis ecclesiasticæ, ac profanæ per dialogum inter Clericum ac Equitem.

Contra vero Petrarcha per sua poemata Italica, & opera Latina clarissimus scripsit, ut Papam confirmaret in proposito eundi Romam. Epistolam dabat Venetiis 29 Junii. Ibi hoc sibi objicit: Tunc vis Papæ legem imponere, ac loco Ecclesiæ universalis singularem Ecclesiam dare in sponsam? Ubicunque is habitat, ibi sedes, ac sponsa ejus est. Facile fuisset re-

His. Eccles. Tom. XXIV.

O spon-

Sæcul. XIV.

A.C. 1356

p. 403.

p. 407.

p. 408.

p. 411.

Gold. Mo-

narc. to. I.

p. 223.

Senil. l. 7. ep.

un. p. 814.

Lib. 4. ep. 39.

Sup. l. 35.

S. 39.

Secul. XIV
A.C. 1366. spondere, & cum S. Gregorio dicere, nulli Antistiti, ac ne Papæ quidem assumendum esse titulum Præfulis universalis, ut ne episcopatum sibi soli tribuere, cunctisque Fratribus suis adimere videatur. Sed tanta hujus rei scientia non pollebat Petrarcha contentus reponere: Absit, ut sedem coarctem tuam! Vellem potestatem tuam extendere usque ad fines terræ. Ubicunque colitur Christi nomen, est sedes tua: fateor. Sed & nemo jure negaverit, convenire tibi speciatim Romam, alio quippe sponso, alio carentem Episcopo. Multos e curia tua removisti Præfules, ut eos suis redderes Ecclesiis non itidem Roma habebit suum?

p. 815.

p. 817. 818.

p. 820.

p. 824.

p. 826.

Effusus in laudes Italiæ, Papam nusquam tam securum fore, quam Romæ asserit; ac verbis exaggerat injuriam illi Albatis a centuriis illatam, a quibus redimere se pecunia coactus esset. Tristem Orientis statum exponit, ut Papam permoveat ad recipiendos in gratiam Græcos, quos præ ethnicis infensos Latinis ait. Litteras longissimas finit exhortando Papam, ut de morte ac judicio divino cogitet.

§. LV.

Christianæ fidei mirificum in Bulgaria incrementum.

Vad. 1366.
n. 15.

Hoc anno Fratres Minores in Bulgaria
quam

quam plurimos Christo adjunxere: sic saecul. XIV.
 Marcus Viterbinus Ordinis Praeses Gene- A.C. 1366.
 ralis Ministrum provinciae S. Francisci e- S. Anton.
 docuit per hanc epistolam: Accepi he- pre 3 tit. 24.
 sterna die Regis Hungariae Ludovici, & a. 9. §. 20.
 Bosniae Vicarii litteras jucundissimas. Ut
 hic nunciat, rogatu Regis in regionem vi-
 cinam misit Ordinis nostri Fratres octo:
 qui dierum quinquaginta spatio plus du-
 centa hominum millia salutis fonte tinxe-
 runt: ac ne numerus vocaretur in du-
 bium, Rex singula eorum nomina in tabu-
 las publicas referri iussit: attamen non-
 dum tertia regionis pars se nostris addixit
 sacris. Principes cum subjectis ad ba-
 ptisma turmatim confluunt: haeretici ae-
 que ac schismatici ad sinum Ecclesiae Ro-
 manae redeunt suis cum Sacerdotibus &
 Monachis antea tam obstinatis. Laeti-
 tiam minuit operariorum paucitas pro
 messe tam ampla, & metus amittendae
 Bulgariae tot populis frequentatae, quam
 Rex Hungariae in potestatem redegit suam.
 Patarini & Manichaei solito melius affe-
 cti sunt ad baptismum accipiendum. Rex
 sibi duo Fratrum nostrorum millia mitti
 cupit, suamque ipsius vitam periculis vellet
 objicere, ut errantes ducerentur in viam.
 Cunctis Fratribus indulgentiae causa Por-
 tiunculam adeuntibus hanc epistolam le-
 gendam praebere; ut ad capiendam hujus
 operis boni partem velociter se praepa-
 rent,

Sæcul. XIV.
A C. 1366.

rent, suade; ac illos, qui divino tacti spiritu hoc facere iter voluerint, meo nomine jube se mihi sistere, ut commeatus literis instructos faustis ad Deum precationibus prosequar.

Duboulay
to. 4. p. 396.

Eodem anno Papa orante Imperatore Carolo quatuor Ordinum Mendicantium Præpositis imperavit; ut ex suorum numero Doctores Theologiæ Pragæ mitterent sacram ibi scientiam in nova Universitate tradituros. Litteras dabat 18 Nov. 1366.

§. LVI.

*Parisiensium Universitatis disciplina
instauratur.*

Duboulay
to. 4. p. 388.
Lubrenil
antiq. p. 283.

Papa edoctus Parisiense Universitatis disciplinam ex parte prolabi, duos Cardinales, qui eam restituerent, delegit, Joannem Blandiacium de S. Marco, Episcopum Nemosensem, ac Ægidium Montacutinum de S. Martino *in montibus*, Teravanum Episcopum. Mandatum dedit 2 Maji an. 1366. Hi de consilio Doctorum plurium condidit decretum, Theologiam duntaxat, & disciplinas liberales contingens: nam quod ad Jus Canonicum & Artem Medicam spectabat, harum Facultatum sanctionibus insistendum agebant. En ea, quæ in illo præscripto digna notatu invenio! Prima Theologiæ laurea

Art. 16. 17.

Art. 1.

laurea donati, postquam Magistrum Sententiarum explicare coeperint, in veste decora & gradui suo congruente per urbem incedent, tum praecipue, cum scholas, templa, & conciones adibunt. Idem praecipitur illis, qui designari Magistri Artium volunt: trabeas, vel pallia supra togas gestabunt suas. Ad ingrediendum doctrinae tradendae stadium nemo admitte- tur, qui non attigerit vicesimum quintum aetatis suae annum. Academici per quatuor annos primos in scholas portabunt divinum codicem, aut librum Sententiarum pro ratione lectionum, quas audient. Qui Sententias exponent, genuina earum verba ex ordine legent; nec de complicatis chartae foliis earundem explicationes recitabunt; neque has bibliopolis tradent, antequam per Cancellarium, & Professores Theologiae discussae fuerint.

Quod attinet ad Artium Facultatem, quae reliquarum fundamentum est: Academici inter lectiones non in sellis scamnisve, sed sicut olim, in pavimento sedebunt, ut juvenibus dematur omnis occasio vanitatis. Academicus, ut in scholas Artium recipiatur, scire Grammaticam, Logicamque integram, voluisse saltem ex parte librum de Anima, Lutetiae minimum biennio litteris studuisse debet. Ut honorem proximum a gradu Magistri Artium consequatur, in reliqua Physica, & aliquot

Secul. XIV.
A. C. 1366.

Art. 18.

52

7. 8.

12. 13.

13.

19.

20. 21. 22.

23. 24.

HISTOR

O 3

aliquot

Sæcul. XIV. aliquot Mathematicæ libris versatus sit,
 A. C. 1366. oportet. Denique ut Artium lauream ob-
 28. 29. 30. ^{est.} tineat, insuper Aristotelis Moralia, vel sal-
 tem tres libros primos de Meteoris cal-
 leat, necessum est. Nihil dabitur, aut pro-
 mittetur pro litteris ascriptionis ad Magi-
 stros Artium.

Ultima hujus præscripti puncta con-
 tingunt abusum privilegiorum in judiciis
 publicis, ubi membra Universitatis habe-
 bant jus litigandi. Acta authentica de-
 mum 5 Junii Avenione confecta sunt post
 reditum duorum Cardinalium: & quod
 memorabile, ista correctio facta est per au-
 thoritatem solius Pontificis Maximi.

Vita p. 364.
 996.
 Cont. Nang.
 p. 916.

Ineunte anno 1367 Papa Urbanus
 Montem Pessulanum petiit, visurus mona-
 sterium, quod magnis sumptibus a funda-
 mentis excitaverat in honorem SS. Be-
 nedicti, & Germani, largiterque dotave-
 rat pro sustentando Benedictinorum gran-
 di numero, qui partim officio divino, par-
 tim litterarum studiis occuparentur. A-
 ram principem consecravit ipse, Sancto-
 rum reliquiis, & argentea, aurea, gem-
 mea supellectile ornavit, magnisque
 auxit privilegiis.

